



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutioes Morales

In Quibus Vniuers[ae] Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

Libri Noni Capita sunt, XXXVII. De Spe, Charitate, & Religione in Deum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

peccatis dolere debet, Deum amare, criminum veniam petere: sed hæc efficere nequit, nisi fidei actum eliciat. At verò postquam venia impetrata in Dei gratiam, & amicitiam redijt, interim dum eam seruat, & retinet, minimè obligatur ad actum fidei eliciendum. Nam credendi præceptum est à Deo constitutum, vt præsidium, & remedium ad iustificationem impij; ergo iustitiâ, & gratiâ obtentâ, cessat obligatio præcepti: At ratione spei, pœnitentiæ, vel charitatis aliquando suam vim habet.

Postremò est animaduertendum, inter peccata, quæ contra Fidem admittuntur, connumeratam esse Blasphemiam, siue maledictum in Deum, eo quòd sit crimen, quo aliquid verbis contumeliosis Deo, vel Sanctis cælestis patriæ civibus tribuitur, quod in ipsos minimè quadrat, vel aliquid detrahitur, quod ipsorum est proprium, eisque conveniens. Ex quo colligit S. Thomas 2. 2. q. 13. art. 1. Blasphemiam esse peccatum, quod contra Fidei confessionem perpetratur. At verò nos putamus, blasphemiam in vniuersum Religioni aduersari; quia est peccatum, quo maledicta, & contumeliosa verba in Deum, vel Sanctos in cælo regnantes conijcimus: & ideo de Blasphemia differemus, cum de Religione, & peccatis cum ea pugnantibus infra tractabimus.

IOANNIS AZO-
RII LORCITANI, E SO-
CIIETATE IESV,

INSTITVTIO-
NUM MORALIVM,

LIBER IX.

DE SPE, CHARITATE, ET
Religione in Deum.

CAPVT PRIMVM.

*Quid de Spe, virtute nempe Theolo-
gica tenendum sit.*

PRIMO queritur, Quot modis accipiatur Spes? Respondeo, duobus: Primò, vt pertinet ad appetitum sensus, & sic est affectio quædam animi, qua bona futura, ardua, & difficilia ex certa quadam fiducia cupimur, & expectamus: Vt enim timor, est mali futuri, sic Spes boni futuri expectatio. Altero modo accipitur Spes, vt spectat ad appetitum rationis, quæ est voluntas: & tunc, aut sumitur pro re ipsa, quæ speramus; de qua Apostolus: *Expedites, inquit, beatam spem;* & Spes, quæ videtur, nõ est spes. Aut pro actu sperandi, de quo idem Apostolus: *Spe gaudentes: rursus, Spe salui facti sumus:* Aut pro habitu, quo ad sperandum sumus propensi. Quando est actus voluntatis, accipitur etiam du-

plicitate. Primò, fusiùs, & latius, prout est cuiuslibet boni, siue cælestis, & æterni, siue terreni, & caduci, difficilis, & ardui, & futuri expectatio: Deinde strictius, & presius, vt est desiderium cuiusdam certa fiducia futurorum bonorum, cælestium, & æternorum, videlicet diuinæ gratiæ, & gloriæ, & aliorum, quæ sunt nobis à Deo promissa.

Secundò queritur, An Spes, vt est habitus, sit verè, & propriè virtus? Durandus in 3. dist. 26. q. 1. quemadmodum censet in 3. dist. 23. q. 6. Fidem non esse propriè virtutè: sic etiam nec Spem. Id probat, quia virtus propriè sumpta, afficit hominè, cui inest, simpliciter, eumque ad optimum actum dirigit, ornat, ac perficit: nimirum si est virtus rationis, & mentis, dirigit hominem ad verum, certum, clarum, & euidens: Si est virtus appetitus, ad bonum, quod habetur. At quemadmodum Fides est veri, quod nõ clarè, sed obscure cognoscitur; ita etiam Spes, est boni, quod non habetur: ergo nec Fides, nec Spes sunt virtutes, siue sint à Charitate seuinctæ, quas Theologi informes appellant: siue cum Charitate connexæ, quas virtutes viuas, & formatas vocant. Ait tamen Durandus Spem esse virtutem latè sumptam, vt virtus vocatur, quilibet habitus laudabilis nos ad bonum mouens, ac ducens. Caietanus 2. 2. q. 17. art. 1. existimat Spem sine charitate nõ esse propriè, & simpliciter virtutè, sed cum charitate coniunctâ verè esse, & propriè virtutem. Alij S. Thomæ discipuli cõsentent spem absque charitate esse quidem propriè virtutem; sed non simpliciter, cum charitate tamen esse, & propriè, & simpliciter virtutem: quoniam nulla, inquit, sine charitate potest virtus simpliciter consistere, cum omnium virtutum charitas sit forma, & veluti anima, & vita. Verior tamen est eorum sententia, qui putant Spem esse verè, propriè, & simpliciter virtutem, per suam substantiam, & naturam, siue sit cum charitate sociata, siue ab illa disiuncta: neque enim ad virtutem requiritur, vt hominem referat, & dirigat ad actum simpliciter optimum; sed ad actum optimum, quem potest: Et ideo Fides diuina, est virtus, quia semper est veri: fides humana non item, quia potest esse falsi. Spes quoque diuina, est propriè virtus, quia semper est boni; & quatenus Dei promissis, & eius gratiæ, & charitate innixa fulcitur, summum bonum, quod sibi propositum habet, & quod cõcupiscit, quod expectat, & in quod intendit, certò consequitur, licet consecutionem eius homo per peccatum impediatur. Spes verò humana, actus, vel habitus esse quidem potest, virtus esse non potest; quia nõ semper est boni. Nam malum, quod opinione hominũ putatur bonum, aliquando sperat, nec certò semper suum, quod optat, & expectat bonum, adipiscitur. Charitas autem non est virtutum intrinseca forma, sed extrinseca, quæ facit, vt studia, & opera nostra bona, vitam æternam mereantur.

Tertiò queritur, An Spes sit virtus Theologica? Respondeo, eam tribus de causis virtutem Theologicam dici, vt docet Scot. 3. dist. 26. q. 1. *verè Respondeo non omnis.* Primò, quia circa Deum versatur, tanquam circa rem, & materiam sibi proximè obiectam. Deinde, quia Deo innititur tanquam norma, & regulâ, qua certò dirigitur. Postremò, quia est habitus diuinitus infusus. Virtus igitur

Theolo

Tit. 2.
Rom. 8.
Infrat. 2.
Supra 8.

Theologica intendit in Deum, vt in obiectum, & finem sibi proximè propositum, & vt regulam, qua certò nititur, atque dirigitur, & vt causam sui efficietivam. At verò virtus moris nihil horum habet: nam ipsa etiam religio, quæ circa Deum tanquam rem obiectam vt fieri videtur, non respicit Deum, vt obiectum proximum; sed tantum, vt eum, cui cultum, & honorem debitum deserit; ita vt eius proximum obiectum sic cultus, & honor, qui Deo Optimo Maximo debetur, & tribuitur. Regula item virtutum moralium, qua dirigitur, non est Deus; sed prudentia, cuius ductu, & præscripto omnes virtutum moralium actiones gubernantur, & referuntur in finem debitum rationi. Nam Castitas, Fortitudo, & Iustitia suas functiones exercent, prout Prudentia præscribit, & præcipit. At Fides diuina credit aliquid, quia est dictum, & patefactum à Deo: Spes expectat bona æterna, & cælestia; quia Deus promissit se ea bene merentibus redditurum: Caritas diligit Deum propter ipsum, amat eum ante, & super omnia, & Proximum propter Deum, vt gratia, & gloria participem, & simul, quia Deus id voluit. Præterea, virtus moralis exercitatione, & assuetudine comparatur: Virtus Theologica nõ item, neque enim fit, & existit ex nobis; sed diuinitus datur, & in mentem infunditur. Ex quo efficitur, vt scientia theologica, quam hominum magisterio, industria, & labore discimus; virtus theologica non fit: quoniam opera, studio, & exercitatione acquiritur; non diuinitus infunditur: & regula ipsius directrix, præceptrix, & magistra est ratio, & ex ratione argumentum, vnde deducitur. Colligitur etiam, Fidem, Spem, & Charitatem nostris actibus acquisitam, non esse virtutes theologicas: probabile siquidem putamus (vt *tertia lib. cap. 23. q. 6. ar. ad idem*) Ex actibus virtutum in fularum habitus generari, quos scholæ passim acquisitos appellant: qui quidè habitus sunt theologici, quia circa Deum tanquam circa materiam & rem obiectam occupantur: non tamen sunt virtutes theologice, quoniam non infunduntur à Deo.

Quarto queritur, An spes sit virtus theologica, non solum ratione, sed re à Fide, & Charitate distincta. Quidam, vt legimus apud Scot. & Gabr. 3. dist. 26. q. 1. voluere solum ratione differre: ita vt spes sit fides, & charitas aggregatione quadam; quoniam spes desiderat, expectat, & amat bona æterna, quæ credit futura. Putarunt alij spem re esse eadem, quod fides: ratione tamen distingui; perinde, ac si Fides credat generaliter; quicquid est dictum à Deo: Spes credat bona gloria à Deo promissa, & iustorum meritis reddenda. Sed hæc omnia temeritate non carent. Altera est sententia communi consensu à Theologis recepta, Fidem, Spem, & Charitatem esse tres virtutes re diuersas, & distinctas, ex re, & materia obiecta, in qua versantur; actione item, & officio, quod præstant, & obeunt, ac facultate, cui in sunt. Fides enim in intellectu, siue ratione sedem habet; Spes in voluntate; Caritas in voluntate quidem inhabitat, sed eam spe affectam requirit, & postulat. Fides, est credere: Spei, desiderare, & expectare: Caritas, amare. Præterea, Fides in Deum, tanquam in verum fertur: Spes, tendit quidem in

Deum, sed tanquam nobis bonum: Caritas vero proponit sibi Deum tanquam bonum in ipso, & ex ipso, & propter ipsum.

Quinto queritur, Spes quem ordinem habeat ad Fidem, & Charitatem? Respondeo, vt docent S. Thomas 2. 2. q. 17. art. 7. & 8. & 1. 2. q. 62. art. 4. & Gabriel 3. dist. 26. q. 1. art. 3. dub. 2. eum ordinem habere, quem habent inter se actus, & officia. Nihil boni cupimus, appetimus, & expectamus, nisi prius fuerit mente apprehensum, & cognitum: Vnde origine, & causa, Fides est Spe prior, & anterior; speramus enim bona nobis promissa, & nostris benefactis reddenda: fide verò credimus talia bona esse, & nobis à Diuina bonitate gratuito, & liberaliter promissa, ab eaq; nobis bene merentibus conferenda. Vnde actus fidei esse potest sine actu spei, non è contrario: & actus spei aliquando est absque charitatis opere: sed non contra. Porro spes causa quoque, & origine charitatem antecedit: quia prius Deum, vt bonum nobis optamus; deinde verò eum propter ipsum diligimus. Nec refert, quod fides, spes, & charitas simul aliquando in animum infundantur.

Sexto queritur, Quo pacto per actum spei iustus meritum apud Deum habere queat, cum spes desiderat, & expectet Deum, vt nobis bonum, & commodum, quod est Deum in nos ipsos referre? Respondeo, ipem esse duplicem, Mercenariorum vnam; alteram filiorum, & filialem ideo à Theologis nominatam: Mercenarius enim expectat sui laboris mercedem, & stipendium, nec tam rationem habet eius, qui est mercedem redditurus, quam mercedis sibi reddendæ: hanc etenim, vt scopum, & finem sibi proponit; quia, nisi pactum de eis soluendâ interueniret, minime laboraret. Spes verò filiorum expectat quidem à Deo bona; sed vt à patre recipienda, & proinde ad eum sese conuertit tanquam ad benignum, & munificum bonorum largitorem, & quem, vt datorem boni, quod expectat, amare coeperat, incipit deinde amare propter ipsum. Spes itaque est virtus theologica, non mercenaria; sed talis, qualis est filiorum, quæ fertur in Deum tanquam commodum, & bonum nobis, sed non propter nos tanquam propter vltimum finem; & terminum, licet nec explicitè propter ipsum: quemadmodum honestas appetitur, & diligitur non tanquam vltimus finis, in quem omnia referantur, sed ea ratione, qua honestas est. At virtus, & honestas ipsa sua conditione, & natura implicitè, & tacitè refertur in Deum, quamuis nõ expressè. Sic etiam Spe appetimus, & optamus nobis Deum; sed totum hoc implicitè, & tacitè, licet non explicitè dirigitur, & refertur in Deum.

Septimo queritur, Quare inter virtutes theologicas ponatur spes; cum tamè in moribus nulla specialis virtus constituatur, quæ spes nostras, & desideria, quæ sunt animi perturbationes, moderetur, & frenet? Quidam existimant, inter virtutes morales esse vnam specialem, & certam, quæ circa affectionem animi, nempe spem, versatur, & eam esse magnanimitatem. Sed certè magnanimitatis solum est corrigere, & temperare spes, & desideria rerum magnarum, excellentiarum, & sublimium, ne ea, quæ facultatem, & vim nostrâ superant, & excedunt, immodicè appetamus.

Quare inter virtutes theologicas teste spes ponitur, quia, quæ sperantur à Deo promissa, & reddenda, magna sunt, præclara, & excelsa. Præterea infunditur nobis virtus, ut ea, quia sunt diuinitus promissa, sperem, & expectemus. At verò in moribus eadem virtutes, quæ cæteras animi perturbationes componunt, & sedant, cohibent quoque, & temperant spes nostras futurarum rerum. Non igitur ad id specialis virtus moralis debuit inter cæteras reponi.

Octauo queritur, An spes, quæ charitate caret, & informis à Theologis vocatur, sit speciale Dei donum? Respondeo, esse; sicut etiam Fides à charitate seminata. Quo efficitur, ut quemadmodum nemo absque speciali Dei auxilio, quod voluntatem præuenit, excitat, mouet, & adiuuat, credere potest; sic etiam per solas naturæ vires sperare nequeamus, quæ sunt nobis diuinitus promissa, nisi gratuito Dei munere excitati, moti, & adiuti. Et quatenus præmia nostris bonis operibus, & meritis ex Dei gratia prouenientibus reddenda.

Institis, satis esse, si Dei munere credamus, ea esse à Deo promissa, & bene merentibus suo tempore conferenda. Nam cum primum hæc quispiam crediderit, poterit per se ipsum ea exoptare, & sperare. Respondeo, nequaquam id sufficere, quia sperare nequimus, nisi Deus cogitationem bene sperandi nobis iniecerit, qua excitemur, vocemur, & moueamur: ac rursus nisi post cogitationem iniectam, voluntatem mouendo impulerit, & adiuuerit ad sperandum. Quod est dicere, requiri speciale, & supernaturale Dei auxilium præueniens, quæ est cogitatio bene sperandi voluntatem præcurrens, & quam, Gratiam operantem Augustinus appellare cõsuevit, quia eam efficit Deus in nobis, sine nobis, id est ante nostrum consensum: & præterea auxilium cooperans, sine adiuuans, quæ est gratia, qua voluntas cogitatione excitata, vna cum ipso Deo operante consentit appetendo, & sperando. Porro tum cogitatio bene sperandi, tum auxilium Dei nobiscum operantis in eliciendo consensum, est speciale, & supernaturale, & gratuitum Dei beneficium, & munus; speciale quidem, quia illud his, & non illis hominibus, & quibus vult, & quando vult, dat Deus: supernaturale, quia ex solis naturæ viribus non existit: gratuitum, eò quod nec naturæ, nec personæ debitum sit, & proinde gratis, & liberaliter datum.

Nonò queritur, In quoniam, tanquam in re, & materia obiecta spes versetur? Durand. in 3. dist. 26. q. 2. & in 1. dist. 1. q. 2. cõsult. proximum spei obiectum non esse rem extra nos constitutã, sed actum, quores extra nos sita nobiscum coniungitur. Vnde Deus, inquit, non est spei nostræ proximum obiectum, sed clarus Dei aspectus, quo nos cum eo coniungimur, & copulamur. Nec enim, ait, speramus Deum, sed speramus ipsum clare videre, ac eo frui. Similiter non speramus amicum absentem, sed ipsum videre, alloqui, amplecti, ac eius præsentia oblectari. Cæterum communi, & cõstanti Theologorum cõsensu, eius sententia rejicitur, ut constat ex Caiet. & S. Thom. 2. 2. q. 17. art. 5. & alijs in 3. dist. 26. & in 1. dist. 1. Nam sitis, teste Aristotele lib. 2. de Anima, text. 28. Est Appetitus aquæ frigidæ, & humidæ: fames, cupiditas cibi calidi, & hęc. Porro, qui sitit, non solum optat bibere, sed etiam aquam ipsam: & qui

fame premitur, desiderat non solum edere, sed etiam escã ipsam: & qui amici desiderio tenetur, & cupit ipsum videre, & alloqui, & ipsius etiam frui conspectu, & præsentia. Spei igitur proximum, & principale obiectum est Deus ipse, & sunt actus, quibus Deus nobis ipse coniungitur, nimirum actus videndi, amandi Deum, eoque fruendi. Obiecta verò minus principalia sunt cætera omnia, quibus tanquam gradibus quibusdam ad supernam, & cælestem patriã peruenitur; quæ sunt gratia, & virtutes, dona, & auxilia Spiritus sancti: quæ omnia nobis Christi meritis conferuntur.

Decimò queritur, Qua in animi facultate spes inhæreat? Respondeo, in voluntate, quæ est appetitus rationis, cuius est cupere, optare, & expectare bona futura, & absentia.

Vndecimò queritur, quibusnam spes conueniat, & in sit? Respondeo, nec in beatis cæli incolis teste S. Thom. 2. 2. q. 18. ar. 2. neque in ijs, qui sunt perpetuis gehennæ supplicijs deputati, teste eodem S. Thoma 2. 2. q. 18. ar. 3. nec in hæreticis spem inesse. Quo modo etiam Fides eidem non inest. Nam, quum fides sit rei, quæ nec in seipsa, nec per seipsam videtur, Beatis Spiritibus nequit conuenire: ita & spes, quia est boni, quod non habetur, in Beatis habitatoribus cæli non permanet. Ac sicut Fides, vi, & natura sua, ipso actu, quo Deus clarè cernitur à Beatis Spiritibus cessat, ac definit: sic etiam spes, natura, & conditio sua, actu ipso, quo superna felicitas habetur, excluditur, ac omnino finitur. Præterea spe, damnati apud inferos carent, sicuti etiam fide. AT QVÆRES, quoniam pacto in eis spes, & fides intereat? Respondeo, in illi spei actum per contrarium extingui, & deleri: desperant enim beatitudinem, certi omnino de sua infelicitate perpetua. Item, in eis desinere fidem, & spem, ut sunt habitus, & virtutes, quia Deus eas non amplius conleuat. A conferuando verò desistit, quia eas in hac vita infundit, ut earum præsidio credamus, & speremus æterna bona, quæ possumus per Dei gratiam assequi. Qui verò apud inferos torquentur, apti amplius nõ sunt ad superna gaudia consequenda. Dantur igitur ex virtutes, ut huius vitæ præsidia adiumenta, & remedia, ad cælestem beatitudinem per Dei gratiam promerendam, & ex meritis ex diuina gratia profectis obinendam. Obijcies, Beati incolæ cæli sperant, & expectant corporum resurrectionem, vitam, & felicitatem sempiternam: nobis item optant summam beatitudinem, qua ipsi potiùtur, ergo spem retinent. Respondeo, huiusmodi Beatorum desiderium, siue expectationem, non esse actum, opus, vel officium spei virtutis Theologica, ut colligitur ex S. Thom. p. 3. q. 7. art. 4. ad 2. & 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 4. quæ circa Deum tanquam proximum obiectum versatur, cuiusmodi hic actus non est: est tamen actus charitatis, ut tradit S. Thom. 2. 2. q. 18. artic. 2. ad 3. quo, & sua corpora, & nos ipsos amant. Eodem modo Christus Dominus dum in terris agebat, sui corporis gloriam exoptabat, nec tamè erat in eo spes, virtus nepe theologica, ut docet S. Tho. p. 3. q. 7. a. 4. In hæreticis verò spes non manet, quoniam sine fide nõ subsistit spes: eius enim fundamentum est fides, qua tamè hæretici carèt. Perleuat verò spes in ijs, qui post obitum

ignis purgatorij pœnas sustinent, donec plenè mundati in cœlestem hœreditatem admittantur, vt docet apertè S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 3. Manet quoque spes in peccatoribus, qui per peccatum à gratia, & charitate exciderunt. **ROGES**, an sit virtutis theologicę actus, spes illa, qua quis in hac vita exoptat alteri beatitudinem. **S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 2. ad 3.** asserit, eadem virtute spei, qua nobis cupimus, & speramus summam felicitatem, optare nos quoque eandem alijs. **Scotus** tamen in 3. distin. 26. q. 1. vers. *Ad argumenta, ad finem*, id videtur negare, quia beati Spiritus nobis exoptant æternam felicitatem; non tamen sibi cum iam illa perfruatur: ergo idem etiã in nobis accidit. Rursum, quia per spem optamus, & expectamus Deum, vt nobis bonum, ergo spes ad bonum nostrum, non ad alterius bonum est. **Sed** non est, cur negemus, eadem virtute spei, desiderare nos beatitudinem, & nobis, & proximis nostris; sicut eadem charitate, & nos, & proximum amamus.

Duodecimò quæritur, An, & quomodo augeatur spes? **Respondeo**, iustos homines spem augere suis actibus; non quod ipsi eius incrementum efficiant; sicut enim spes à solo Deo, vt à causa efficiente existit, ita ab eo duntaxat, vt à causa efficiente augetur: sed quod moueatur, & animam debite, & legitime præparent ad ampliorem, & vberioram spem excipiendam. **QVAERAT ALIQUIS**, an spes peccatorum hominum, in quibus est à charitate seiuncta, suis quoque actibus crescat? ita vt peccatores, quo plures spei actus, aut præparationis eliciunt, eo ampliorem spem mereantur? **Respondeo**, nihil impedire, quin spes, licet informis maior, & cumulatior suis actibus fieri queat: sed per eiusmodi actus id incrementum peccatores non videntur mereri, sed se debite, & legitime præparant, vt in ipsis spes plenior, & vberior Dei munere, & dono fiat.

QVAERITUR, An spes augeatur per quoslibet actus etiam remissiores? **Respondeo**, augeri solum per actus feruentiores, siue intensiores, quia sicut spes non infunditur in mentem, nisi ritè, & legitime præparatam, sic nec maior, & vberior datur spes, nisi homini amplius præparato. Sed anima ritè, & legitime non præparatur, nisi per actus feruentiores, & intensiores spei: quia sicut initio non datur habitus spei, nisi per actum homo præparetur, sic non datur abundantior, & copiosior spes sine maiori animæ præparatione. **SI QVAERAS**, An quemadmodum per actus charitatis remissiores meretur iustus incrementum charitatis, quamuis id confectum non assequatur, sic etiam per actus remissiores spei, mereatur incrementum spei. **Respondeo**, non esse eandem rationem de actibus remissioribus spei, quæ est de actibus remissioribus charitatis; quoniam per actus remissiores charitatis meretur iustus incrementum gloriæ, & proinde incrementum charitatis recipiendum in cælo, si hic non receperit, vbi est charitas permansura: At per actus remissiores spei, meretur iustus glorię, & gratiæ incrementum consequendum in cælo: sed cum ibi spes futura non sit, nõ recipiet ibi iustus incrementum spei, recipiet tamen in hac vita, cum se in spei actibus feruentioribus exeruerit; fecus incrementum spei non consequetur: **Dices**, cum spes auge-

tur per actus intensiores, crescit ne eadem iuxta excessum actuum, an verò iuxta totam magnitudinem actuum? **Respondeo**, ipsam augeri iuxta excessum, verbi gratia, spes erat magna quatuor partibus; actus etiam spei habet item sex magnitudinis partes, crescit tunc spes, & fit magna solum sex partibus, quæ erat antea quatuor partium.

Decimotertio quæritur, An spes per desperationem, tanquã per causam, vi, & natura sua contrariam expellatur ab homine, & pereat: An verò merito tantum? **Respondeo**, inter omnes quidem conuenire, spem per desperationem excludi, eijci, & interire: sunt tamen, qui sentiant, per desperationem extrudi, tanquã per formam suam vi, & virtute contrariam. Quod ea ratione confirmant, quia contrarium vi sui contrarij perit, & extinguitur. Sunt enim contrariæ formæ sibi inuicem per naturam inimicæ, & aduersæ. Deinde, quia si meritò, non natura spem desperatio deleat, ac tolleret, alia quoque peccata eam nobis auferrent, ac penitus perderent. Si quis enim in desperationem alios adduceret, spem ipsam mereretur amittere. Alij censent, spem per desperationem eijci ab homine, merito, non vi, & natura: quod ratione comprobant, quoniam spes, est habitus supernaturalis, qui à solo Deo fit, infunditur, existit, conseruatur, & pendet; ergo nulla vi naturali interire potest.

Mihi probabilius videtur, spem per desperationem nõ meritò tantum; sed etiam natura tanquam per formam sibi contrariam tolli, & extingui; quoniam per eam tanquam per actum contrarium expellitur.

Obijcies, Si spes natura sua per desperationem tolleretur, ac periret, pariter interire, quando quis incicèter desperaret futuræ vitæ gaudia: quæ enim se sua natura euertunt, & perimunt, eius conditionis, & naturæ sunt; vt qui vnum per obliuionem, & ignorantiam inducit, reliquum continuo extrudat necessario: qualia sunt calor, & frigus; candidum, & nigrum; siccum, & humidum; graue, & leue; durum, & molle; asperum, & leue. **Respondeo**, desperationem, spei esse contrariam dupliciter: Aut enim desperatio comparatur cù actu sperandi, aut cum spe virtute theologica. Si cum actu sperandi conferatur, eum omnino tollit: nam, eo ipso, quod quis desperat aliquid, sperandi actum circa illud nõ elicit, nec præstat. Nec refert, si desperatio sit actus, qui ex naturæ viribus existat; actus vero sperandi sit actus supernaturalis, hoc est, specialis, & supernaturali Dei auxilio elicitus: nam, hoc ipso, quod desperas, actum sperandi non elicis, siue naturalem, siue supernaturalem. Si desperatio cõferatur cum virtute theologica spei, tunc nõ est illi cõtraria, vt est actus solum naturaliter elicitus, sed vt est actus quem scicenter, & spontè quis elicit, & præstat. In physicis, & in ijs, quæ natura cõstant, formæ sunt sibi inuicem contrariæ natura, non voluntate: at in moribus, & rebus supernaturalibus formæ nõ sunt sibi contrariæ, & aduersæ, nisi voluntariæ sint. Fides voluntatem requirit, sic etiam hæresis: spes absq; volutate non cõstat; ita etiã desperatio quæ cù spe pugnat, nõ nisi voluntaria est, & libera: quoniam spes est virtus, desperatio viciu, & peccatum, sed peccatum non est, nisi voluntarium fit.

Ad argumentum verò aliorum respondeo: Spem esse desperationi cōtrariam, non quatenus spes est qualitas quædam supernaturalis in mentem diuinitus infusa, sed vt est habitus quidam ad sperandum datus: & dicimus spem per desperationem excludi, non tanquam per causam, quæ vim suam, & potestatem in spem ipsam exercent: sed tanquam per actum pugnantem cum actu sperandi, ad quem datur spes. Deus igitur spem admittit, cum quis desperat, non solum quia is, qui desperat, id mereatur, sed etiam quia eliciat actum pugnantem cum actu sperandi; ad quem actum, spem dederat Deus.

Cap. II.

De peccatis, quæ contra Spem committuntur.

Primo queritur, Quo pacto Spei, Timor Domini opponatur? Respondeo, ita opponi, quod Spes est boni futuri, magni, & ardui: Timor verò est mali futuri probabiliter impendentis, & quod putamus ægrè, ac difficile posse nos euadere, subterfugere, & vincere. Deinde, spe animus dilatur, nam desiderio se fundit, expandit, ac porrigit. Timore verò concussus contrahitur, confringitur, cōprimitur. Timor igitur opponitur Spei, & ratione rei obiectæ, & ratione actuum contrariorum, & effectuum.

Secundo queritur, Quid in sacris literis Timor Domini significet; præsertim cum dicitur Proverb. i. Timor Domini, principium sapientiæ: & Prouer. 9. Principium sapientiæ, timor Domini. Psalm. 111. Initium sapientiæ timor Domini. Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum. Iob quoque 28. Ecce, timor Domini, ipsa est sapientiæ. Item Ecclesiastici 1. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & corona sapientiæ timor Domini, & sapientiæ disciplina timor Domini. Item cap. 19. eiusdem libri Omnis sapientiæ timor Domini. Vnde eiusmodi loci, quibusdam ingerunt difficultatem, quoniam potius è contrario sapientiæ est initium timoris Dei. Sapientiæ enim est cognitio ex fide progenita, & Fides docet, quo modo Deum timeri oporteat. Sed respondet S. Thomas 2. 2. q. 19. ar. 7. Initium sapientiæ esse timorem Dei, non quod ex timore Dei sapientiæ generetur, & existat, cum potius contra fiat, sed quod primus Sapientiæ effectus sit timor Dei. Ita vt sensus sit: Initium sapientiæ, hoc est, Primū quod incipit in nobis operari vera Dei cognitio, est Deum timere: vel, Primū legis, & Sapientiæ præceptum est de timore Dei.

Cæterum annotandum est his locis, & toto libro Sapientiæ accipi sapientiā non pro nuda, & simplici Dei cognitione, sed pro ea, quæ est cum bono voluntatis affectu, studijs, & operibus coniuncta. Rursus, Timor Dei sæpè in sacris literis sumitur, non pro metu mali futuri, quo animus percussus, curis, & molestijs anxio, & sollicitè vexatur, ac præmitur; sed pro reuerentiā, pietate, & religione in Deum, qua quis summam Dei Maiestatem sibi ante oculos ponens, veneratur, & suspicit, sese illi intimo ex corde subiiciens, & in omnibus morem gerere studens. Vnde LXX. Timorem Domini aliquando vertunt & reuerentiam, id est, Dei pietatem. Sensus igitur scripturæ citatæ est: Initium sapiendi, & bene agendi, est vera pie-

tas, & religio in Deum: siue, Ad sapientiā vera viā, est pietas in Deum, sic etiam Psalmo 18. Timor, ait Propheta, Domini sanctus permanset in sacrum saculi: quasi dicat, Pietas, & religio in Deum, est munda, & sancta, & quæ perpetuo in ipsis Beatorum spirituum mentibus permanet. Et hoc modo sumitur etiam Timor Domini, quem sacra litera Christo tribuunt, & Beatis cæli habitatoribus. Nec enim Beati illi Spiritus, ac cælestis Patris ciues, cum Deum diligant necessario, peccare amplius, aut mali aliquid pati vllatenus queunt, nec à felicitàte, quam sunt consecuti, decidere, & proinde mala propriè non timent, reuerentur tamen Deum, vt summum rerum omnium Dominum, Imperatorem, ac Principem immensæ Maiestatis, & potestatis; cui se suppliciter submitunt, parati ad parendum in omnibus.

Tertio queritur, Quotuplex timor à Theologis constituatur? Respondeo cum S. Thomas 2. 2. q. 19. ar. 2. triplicem constitui: Primus, est Timor filiorum: Secundus, seruorum: Tertius, mundanorum hominum. Quos timores S. Thomas ita distinguit, ac finit. Timor filiorum est, quo quis timeat malum culpæ, ne Deum communem parentem offendat, iniuriam boni filij, qui times patri penitus displicere. Timor seruorum est, quo quis metu gehennæ a peccato deterretur, iniuriam seruorum, qui metu verberum, ac pæne formidare oderunt peccatum factitare. Mundanorum verò timor est, quo quis, ne subeat ignominiam, & delectus, ne infamiam contrahat, aut ne sustinere cogatur corporis dolores, vel ne bonorum iustorum faciat, virtutis officium more mundanorum hominum prætermittat, ac negligat. Durandus in 3. dist. 34. q. 4. & 5. aliter philosophatur. Timor, inquit, filiorum est, quo quis times cælestem beatitudinem amittere, in modum filij, verentis patrem se abalienari, aut se à paterna præsentia distungi. Timores verò alios definit, vt S. Thomas, à quo in primo timore definiendo differt, quod timor, inquit, non est peccati, quod quia propria voluntate contrahitur, non propriè timeatur: timeamus enim mala, quæ nobis impendent, & quæ non nisi cum difficultate, & labore possumus deuitare, non ea, quæ liberum est nobis propulsare, si velimus. Et ideo colligit Durandus, omnem timorem versari circa malum pœnæ. At verò cum S. Thomas docet, Timorem filiorum esse peccati metū, nomine peccati non intelligit id, quod scelerenter, & de industria committitur, sed quod infirmitate naturæ, vel per ignorantiam, vel operæ dignitatis, vel improborum hominū hortatu, prece, suasionem, & impulsu committitur. Timore igitur filiorum timeamus quoslibet peccati occasiones, quibus ad peccatum allicimur, mouemur, & fletemur.

Quarto queritur, An timor seruorum sit ex suo genere & natura malus? Respondeo, cum S. Thomas 2. 2. q. 19. ar. 4. nequaquam: neque enim iustus peccat, cum gehennæ supplicia veritus, sese in virtutis officio continet. Est enim rationi consentaneum, vt cruciatus naturæ aduersos & noxios formidemus, & quantum possumus euitemus, ac fugiamus. Nec, quia huiusmodi timor est seruorum & peccatorum hominum, continuè efficitur, vt sit malus, & vitiosus. Nihilominus, cū hic timor id habet ex parte rei obiectæ, quod est proprium tantummodo seruorum, tunc ratione circumstantiæ adiunctæ, malus est: vt cum quis à peccato se

continet,

continet, vel à peccando auocatur, metu gehennæ, aut aliarum poenarum, & malorum, alioqui omnino peccatur, nisi hæc mala, & aduersa perhorresceret.

Quintò queritur, An timor mundanorum hominum sit per se malus? Respondet S. Thomas 2. 2. q. 19. art. 3. esse: non quòd per se malum sit metu ignominia, dedecoris, infamiae, carceris, supplicij, mortis, iacturæ honorum, à malè agendo desistere: nam hic timor, seruorum quoque est, non mundanorum proprius, & iustorum hominum, similiter hic timor, communis est: Sed quòd metu horum malorū quis perperā faciat, in vitio est, & culpa; quoniam ne in minora mala incidat, maiora comitit, & perpetrat, ne in dedecus & infamia incurrat, culpā contrahit: ne ignominia, aut honoris iacturā sustinere cogatur, peccatū facit.

Sextò queritur, Quibus temporibus spei præcepto, & lege compellamur ad actum sperandi præstandum? Respondet, Spei præceptum habere suam vim, cum penitentia præcepto, & lege compellimur ad antecedentia vitæ peccata detestanda, vel ad amandum Deum super omnia. Neque enim quis de peccatis dolere, aut Deum ante omnia diligere potest, vt oportet sine spe veniæ impetranda, aut simpliciter absq; spe. **Quæres**, an homo post obtentam Dei gratiam, & veniam peccatorum, aliquo certo tempore debeat spei actum elicere, & an absolute, & simpliciter sit datum præceptum, quo spei actum præstare cogamur, etiam quando nulla alia lege debemus opus alicuius alterius virtutis efficere? Respondet, Spei præceptum esse nobis diuinitus impositum, tanquam remedium ad peccatorum veniam consequendam, & Dei gratiam, & charitatem impetrandam: & proinde hoc præcepto, & lege tenemur ijs temporibus, in quibus oportet nos reconciliari Deo, quem per peccatum offendimus, in cuius iram incidimus, à cuius gratia, & amicitia cecidimus. Alijs verò temporibus difficile est desistere præcisè, quando nam spei actum præstare debeamus, nisi cū spes nostra tentatur: tūc enim, ne desperemus, spem nostram corroborare, & firmare compellimur. **Item**, semper eo animo esse debemus, ne contra spem aliquid perpetremus.

Septimò queritur, Quot genera peccatorum aduersentur spei? Respondet, ea omnia ad quatuor, aut summum, ad quinque capita reuocari. **Primum** est, cum quis abiicit spem beatitudinis æternæ, vel gratiæ, aut veniæ peccatorum, aut vitæ melioris. Et hoc est desperationis crimen. **Alterum** est, cum quis sibi, hoc est, suæ industriæ labori, viribus, & meritis quippiam boni tribuit, quod Deo acceptum non referat: quod, præsumptionis peccatum, hoc est, arrogantia, Theologi vocant. **Tertium** est, cum quis spem suam ex toto, vel ex parte in aliquo bono creato constituit tanquam in præsidio, & remedio, quod per se solum ad salutem adipiscendam sufficeret. Non enim prohibemur in hominibus, aut alijs procreatis rebus spem collocare, tanquam in ijs, quæ nos vna cum Dei auxilio inueniunt, atque promoueant ad finem vltimum consequendum. **Quartum** est, cum quis in rebus aduersis spem in Deo non ponit: cum quis item suæ vitæ emendationem differendo, & procrastinando ad finem vitæ rejicit: in hoc

enim, licet quis lethale crimen non semper admittat; leuius tamen sæpe delinquimus: nisi tempus occurrat, quo malefacta detestari per penitentiam debeamus. **Quintum** est, cum quis Dei bonitatem tentat, quod facit, cum à Deo petit, vt res aliqua fiat extra cursum, & ordinem rerum, hoc est, insolito, siue non consueto, nature modo, & ordine. Quare eiusmodi peccatum ex genere, & natura sua lethale est: petere nimirum miracula, & naturalis ordinis mutationem absque iusta causa, & legitima. Fas tamen nobis est precari Deum, vt suam nobis voluntatem declaret, quamuis occultam, si tamen bene petamus, vt eam feliciter commodius assequamur, & ne eum aliquando offendamus.

Octauò queritur, An si cui Deus patefecerit eum perpetuo damnatum iri, immuans, & liber sit ab omni lege, & præcepto sperandi peccatorum veniam, & vitam æternam? Huic quæstioni plenè satisfecimus, lib. 2. c. vlt. q. 3.

Cap. III.

De Charitate in Deum.

PRIMUM illud in quæstionem venit, An charitas in Deum sit verè, & propriè amicitia hominis ad Deum? Respondet S. Tho. 2. 2. q. 23. art. 1. esse amicitiam. Et certè id ex scripturis aperte colligitur. Ioan. 15. ait Christus discipulis: *Non dicam vos seruos, sed amicos; puzò post: Vos amici mei estis. Iac. 2. Abraam dicitur Dei amicus. Sap. 7. In finitimi thesaurus est hominibus quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia Dei. Ictm Plal. 138. Nimis honorati sunt amici tui, Deus.* Nam amicitia tria requirit, & continet, vt constat ex Arist. lib. 8. Ethic. c. 3. & 4. **Primum** est certa quorūdam bonorum communio, in qua tanquā in fundamento fulcitur: vt amicitia discipulorum, cōsanguineorum, comilitonum, concinuum, & similibus. Est enim hominis amicitia, societas in bono à quo contracta. Si in bono vtili, vel iucundo: amicitia nomen non meretur: qui enim causa utilitatis amicitias sequitur, suis commodis: qui voluptatis causa, amorem sua ipsorū voluptate metiuntur. Non amicos diligunt, quia boni sint, sed quia vtilis, & iucundi: non amicum diligunt, sed quæstum, & voluptatem. Debet igitur amicitia in honestate, & virtute consisti. **Alterum** est, vt sit inter æquales: non enim amicitia est filij ad patrem, aut serui ad dominum, aut ciuium ad regem. **Tertium** est, vt amicitia sit amor beneuolentiæ, non concupiscentiæ: amicus enim amicum diligit propter ipsum, nō propter se. Hinc efficitur, vt inter amicos sit reciproca beneuolentia, & charitas; mutuo quidam amor, se etenim mutuo amore amici prolequuntur, & se cum vicissim sua bona communicant.

Vnam igitur impedire videtur, quo minus charitas in Deū sit amicitia hominis ad ipsum, quod homo, & Deus inter se pares non sunt, sed infinitis partibus distant. Cæterum in hoc est Dei charitas, vt iustos non tanquam seruos, sed tanquam amicos amare voluerit, sed suorum consiliorum, & bonorum participes effecerit, cum quibus sua bona communicat. Deinde obijcies, quoniam pacto charitas possit esse inter hominem, & Deum, & inter ipsos homines amicitia; cū Deus homi-

nes diligit, & amet, etiam si nō redametur ab eis: amat enim omnes, & tamen homines improbi, & ingrati Deum minimè diligunt, nec tantum, vel minimum studēt reddere amorem amanti: amicitia verò mutuo amicorum amore constat, pendet, & cōseruatur. Item, probi homines amant ex charitate perditos, & improbos, licet non redamantur ab eis. *Respondeo*, amorem eius, qui tum beneuolē, tum amicē diligit, sic se habere, quod vterque est amor, quo vnus alterum diligit propter ipsum, non autem propter se; amor verò amicitia addit mutuum respectum, & ordinē beneuolentia vnus ad alterum. Possum itaque ego te amare amore beneuolentia, tamen si non tu mihi in amore respondeas. Quo fit, vt ex charitate diligamus inimicos, & nefarios ac perditos homines: quia non eos diligimus ob emolumentū, & commodum, ac bonum nostrum, sed propter ipsos. Sic Deus ex charitate diligit omnes homines, amore scilicet beneuolentia, licet ipsum homines non redamant. Quare cum mutua intercedit beneuolentia, & charitas inter hominem, & Deum, est, & vocatur amicitia. Si verò alter eorū amet alterum, & non redametur, amor est charitatis, & beneuolentia, quamuis amicitia mutuos respectus non fit. Cum igitur amor charitatis dicitur esse amicitia, intelligitur cum ea conditione, si redamantem habeat: sin minus, nō ob id definit esse charitatis, quia est amor beneuolentia, non concupiscentia. Vnde quis seipsum potest charitate diligere, & hominis ad se ipsum charitas, & beneuolentia est, amicitia non item.

Postremò obijcies, Deus eos, qui diligit, propter se diligit, ergo non ex charitate. *Respondeo*, amorem Dei erga homines, & Angelos, differre ab amore hominis in alterum, quod homo cū alterum diligit ex charitate, & beneuolentia, non ex se mouetur ad illum amandum; sed ex bono, quod cernit in illo, quod quando refert in emolumentum, & commodum suum, illum diligit amore concupiscentia: quando verò non refert in se, sed alterum amat propter ipsum, eum diligit amore beneuolentia, & amicitia; quia diligit eū sine suo emolumento, & commodo. At verò Deus cū nos amat, non mouetur ex bono, quod cernat, vel inueniat in nobis, nihil enim boni habemus, nisi acceptum à Deo; sed sua gratuita bonitate, & voluntate nos diligit: amat igitur, quia vult. Et hoc est, quod dicitur, eū nihil amare, nisi propter se, hoc est, nihil esse boni per se extra Deū, quod ipsum ad amandum alliciat, ac moueat. Nihilominus tamen diligens nos charitate sua, bonum quod nobis impertit, in nullum suum commodum refert; & propterea non diligit amore concupiscentia, quia verè nos amat sine aliquo suo emolumento, & comodo: amore concupiscentia bonum, quod amamus, in nostra comoda dirigimus, sed amat nos Deus propter comodū, & bonū nostrū, nimirū, vt boni, aut meliores reddamur.

Secundò queritur; An duplex sit amor hominis erga Deum, naturalis scilicet, & supernaturalis? *S. Tho. 1.2. q. 113. art. 3.* & alij veteres Theologi videntur distinguere duplicem beneuolentiam hominis in Deum: vnā, naturalem appellant, qua ipsum diligimus, vt naturā, & omnium naturalium bonorum auctorem, & finem: alteram, su-

pernaturalem, qua ipsum diligimus, vt vltimum finem, & vt largiorem, & auctorem glorię celestis, & gratia. Alij arbitrantur, vnā esse duntaxat beneuolentiam, & charitatem hominis in Deum, qua ipsum amam^{us} propter ipsum, & nequaquam propter nos: cuius amoris, seu beneuolentia ratio, tanquam rem sibi obiectam habet omnē Dei bonitatem, qua est in seipso, & propter se ipsum bonus. Ita vt Deus diligitur æque vnus, ac trinus, & simul, vt est auctor, & finis naturā, & naturalium bonorum; & vt est auctor, & finis glorię, & gratia. Porro in Cōstitutione Pij V. & Gregorij XIII. qua certæ propositiones cuiusdam Louanienſis Doctoris condemnantur, inter cæteras damnatur pariter, & illa, nimirū: distinctio ea duplicis generis (Amoris) Naturalis videlicet, quo Deus amatur, vt auctor naturā, & amoris gratuiti, siue supernaturalis, quo Deus amatur, vt beatorum, vana est, & cōmentitia, & ad illudendum sacriliteris, & plurimis veterum Patrum testimonij excogitata. Hæc ibi. *Retinenda profectò est amoris duplicis distinctio; eam verò non vtrunque intelligere, & explicare oportet, sicut nonnulli faciunt. Sed in hunc modum: Deus quandoque, siue tanquam auctor naturā, siue tanquam auctor glorię, & gratia diligitur, diligitur propter ipsum; tunc amatur super omnia, siue ante omnia, & eiusmodi amor est charitatis, & beneuolentia, nec absque gratuito Dei auxilio, & munere esse potest in nobis. Vnde ex hac parte amor est nobis gratuito, & liberaliter concessus; quippe, quem præstare non possumus sine gratuito Dei præſidio. Dicitur verò naturalis amor, quando diligitur Deus, vt auctor, & finis naturā, & naturalium bonorum; quoniam liberum arbitrium per vim naturā cōmuni, & generali Dei auxilio adiutum, & motum, hoc est, adiutum, & motum confueto diuino auxilio, quod cum recta ratione hominis congruit, & quod institutione Dei rerum naturis procreatis dari solet, eum amorem producere, & elicere posset, si homo cum solis naturā dotibus, aut cum iustitia originali; sed sine gratia dono, & sine alijs virtutibus supernaturalibus conderetur, vt iam libro sermo docui, cap. 34. q. 10. Item eiusmodi amor terminatur in Deo, vt in fine, & auctore naturā, & naturalium bonorum. Cum verò diligitur Deus, vt auctor, & finis glorię, & gratia, & bonorum supernaturalium, nō dicitur supernaturalis amor ea sola ratione, quia is solus singulari, & gratuito Dei munere præstatur, sed quia fertur in Deum tanquam auctorem, & finem glorię, gratia, & omnium supernaturalium bonorum. Item, quia elici, & præstari non potest ab homine sine supernaturali Dei auxilio, quamuis homo sanus, & integer cum solis naturā dotibus vel iustitia originali sine gratia crearetur. Duplici itaq; ratione dicitur amor Dei super omnia, Naturalis in super, & supernaturalis. Obijcies Deum non posse diligi super omnia solis liberi arbitrij viribus, & cōmuni Dei auxilio naturali, & cōſueto, etiā vt naturā auctorem, & finem: quia non potest id homo præstare, quamdiu peccator est. *Respondeo*, hoc esse ex accidenti, quia peccatum obſtat, quominus quis Deum diligit super omnia, aut plusquam omnia. At si homo sanus, & integram naturam haberet, id posset perficere*

per auxilium Dei naturale, hominis naturæ conueniens. Dices id fieri nequire, nisi præueniat, & præcurrat hominem bona cogitatio ad Deum super omnia diligendum excitans, & mouens, quæ est auxilium Dei præueniens: hæc autem cogitatio, nec naturæ hominis, nec personæ debetur, & proinde, quibus datur, gratuito, & liberaliter datur, qua cogitatione cælitus immissa, operatur deinde Deus cum voluntate hominis in amore eliciendo, quod dicitur auxilium cooperans, siue adiuuans. Respondeo, necessaria quidem esse eiusmodi auxilia Dei ad producendum naturæ Dei amorem super omnia: sed non esse auxilia Dei supernaturalia, quia non dantur ad faciendum opus supernaturale, sed ad eliciendum amorom Dei cum ipsa natura hominis bene instituta congruentem, & ipsum hominem ad suam naturæ dirigentem.

Tertio queritur, An charitas sit habitus diuinitus infusus? Respondeo esse: ait enim Paulus: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Esse autem habitum infusum, & non actum solum, communis Theologorum schola docet. Et licet olim, tanquam solum probabilior, recepta fuerit hæc opinio: Concilium tamen Trident. sess. 6. ca. 7. eam opinionem magis approbasse videtur, quod sit habitus infusus, cum ait: *Imprimis iustificatione, merito sanctissime passionis dominicæ, per Spiritum sanctum charitatem Dei diffundi in cordibus eorum, qui iustificantur, atque in ipsis inhaerere.* Et subiungit: *Unde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo, per Iesum Christum, cui inseritur per fidem, Spem, & Charitatem.*

Quarto queritur, An præter charitatem infusam sit alia charitas nostris actibus acquisita? Duce sunt opiniones. Prima docet, quemadmodum ex actibus fidei, & spei infusa generatur in nobis quidam alius habitus, qui est acquisita fides, & spes: sic etiam ex actibus charitatis infusa relinquatur quidam habitus, qui est charitas acquisita: non tamen est virtus Theologica, quoniam a Deo nequaquam infunditur. Est tamen habitus Theologicus, quippe, qui circa Deum proximè veratur. Ita Scotus, Duran. Gabr. Marfil. Almainus, & alij, quos citauit lib. 3. c. 21. q. 6. Censent enim ex frequentatis cuiuslibet infusæ virtutis actibus gigni, & comparari habitum acquisitum, tum, quia operum assuetudine habitus generatur, tum etiam, quia infusus virtutibus per peccatum contrarium amissis, experimur nihilominus nos propensos, expeditos, & promptos ad actus similes eliciendos: ergo aliquis habitus permanet, supernaturalibus exclusis. Nec actus habituum supernaturalium, ut actus supernaturales sunt, gignunt habitum, sed ut actus sunt voluntarij, & humani, & identidem voluntariè repetiti: nam eo ipso, quod mens, & voluntas hominis frequenter se exercet sic, aut aliter operando, fit habilior, & promptior, ac proinde habitum comparat. Altera opinio planè negat habitum charitatis acquisitum: atque hæc est discipulorum S. Thomæ, quoniam ille in 1. 2. q. 51. ar. 4. ad 3. perspicuè tradit ex actibus infusorum habituum nullum habitum generari: non quidè supernaturale, qui à Deo duntaxat infunditur: non naturalem, quia habitus gignit actus sibi similes: ergo si habitus est infusus, & supernaturalis, actus

producit supernaturales, quod si actus supernaturales sunt, habitum naturalem producere nequeunt. Et proinde concludit S. Thom. ex actibus habitus infusi, solum habitum infusum augeri, & nullum habitum acquiri. Nos verò 3. lib. probabilè multorum Theologorum diximus esse sententiam eam, quæ asserit, ex actibus infusorum habituum habitum acquisitum generari: quia eiusmodi actus sæpe replicati, nos reddunt propensiores, & expeditiores ad similes actus præstandos: nec enim sit, ut quis expeditior, & promptior reddatur assuetudine, & exercitatione, quin fiat habilior, quod si habilior, ergo per acquisitum habitum: Et proinde nunc probabilè existimamus esse habitum charitatis acquisitum, non qui sic aliqua charitas ex solis naturæ viribus, & communi Dei auxilio progenita, ut discipuli S. Thomæ Scoti, & alios voluisse putauerunt: sed qui sit habitus ex actibus charitatis infusæ, peculiari Dei auxilio passim iteratis, & repetitis identidè comparatus, quem quidem non per seipsum producit habitus charitatis infusæ: sed per actus nostros ex habitu profectos, & sæpius repetitos acquirimus. Cætera eo, quem diximus, loco, tradidimus, nobis hic minimè repetenda, qui ad alia diuersa properam.

Quinto queritur, An charitas infusa sit vna, & eadem erga Deum, Angelos, & Homines? Respondeo cum omnibus Theologis, esse vnā, & eandem, quia eadem ratione Deum, & Angelos, & homines diligimus. Sicut enim fides infusa est vna, & eadem, quamuis multa specie distincta credamus, quia omnia credimus, ut dicta, & patefacta Deo: & spes vna est, & simplex, quoniam omnia speramus, ut à Deo promissa, & ab eo reddenda: ita etiam charitas est vna, quia Deum propter ipsum amamus: homines, & Angelos diligimus, ut diuinæ gratiæ, & diuini boni participes, ut cælestis, & superiæ gloriæ compotes, ut amicos in Deo, & propter Deum: videlicet, quia Deus imperauit, ut eos tanquam amicos, & tanquam diuinæ gratiæ, & gloriæ capaces amaremus. Obijcies: Amor, quo homines, & Angelos diligim⁹ propter Deum, videtur esse amor concupiscentiæ, non amicitie, cum amemus eos, quia sunt res Dei: sicut res amicorum diligimus propter amicos. Respondeo, eum amorem, esse amorem beneuolentiæ, & charitatis, quia non eos diligimus ob emolumentum, & commodum nostrum, aut Dei, sed ob bonum ipsorum. Dicimur tamè eos diligere propter Deum, non quia diligamus ob commodum, & bonum Dei, hic enim esset amor concupiscentiæ; sed quia eos diligimus ob bonum diuinum, quod in seipsis habent acceptum à Deo: eos enim sicut & nos edidit Deus, hæreditatis, & felicitatis superiæ capaces, atque participes. Charitas autem diligit eos omnes, qui sunt summæ beatitudinis compotes, quæ est vna ratio communis omnium eorum, quæ ex charitate diliguntur: nisi quod Deus sua natura, & per seipsum, non aliunde beatus est; cæteri verò sunt dono gratiæ diuinæ, & iure adoptionis ad beatitudinem admissi. Diligimus itidem eos propter Deum, quia amamus eos, eo, quod præceperit Deus, ut eos ex charitate tanquam amicos diligeremus.

Sexto queritur, An charitas sit omnium virtutum forma? S. Thom. satis apertè, vbi que fermè

o cet 2.2. q. 23. ar. 8. in 3. dist. 23. q. 3. ar. 1. q. 1. & de veri-
 q. 14. a. 5. esse formam. Sunt tamen ex eius discipu-
 lis nonnulli, qui ita formam eam esse contendunt,
 ut sine ea ceteras in peccatoribus virtutes doce-
 ant non esse simpliciter virtutes, moti auctoritate
 Augustini, Prosperi, atque Fulgentij, negantiū
 vllas in peccatoribus virtutes inesse. Mihi tamen
 magis probanda videtur opinio Caieta. 2.2. q. 23.
 ar. 7. & 8. S. Thomam interpretantis in eum sen-
 sum, ut charitas sit ceterarum omnium virtutum
 forma, nimirum extrinseca non intrinseca, hoc
 est, forma, quæ reddit alias virtutes fructuosas,
 quia dat eis, ut per opera ipsarum iusti vitam æ-
 ternam mereantur, eū sine charitate reliquæ vir-
 tutes sint steriles, & infructuosæ, hoc est, vitam
 æternam non consequuntur. Habent tamen sine
 ea suum fructum proprium, quia per se ipsas pro-
 ducunt, & præstant opera, & officia honestatis, &
 virtutis. Præterea, fidem, & spem Charitas effi-
 cit vivas virtutes, atque efficaces: non quod det
 eis vitā intrinsecam: est enim vera fides sine cha-
 ritate, vera spes absque charitate: sed quæ præstet
 eis meritum, fructum, & officium cælesti hære-
 ditate dignum. Alioquin sine charitate dicuntur
 mortuæ, quomodo etiā steriles, & infructuosæ:
 operantur enim sine charitate, sed æternæ vitæ
 fructus non ferunt. Alio verò Augustinus, Pro-
 sper, & Fulgentius cum Pelagianis decertantes
 spectauere, dicentes veras in peccatoribus non
 esse virtutes: quod nos lib. 3. ca. 2. q. 6. & 7. satis ex-
 plicatum reliquimus.

Septimò quaeritur, An Charitas actibus etiam
 remissioribus augeatur? S. Thomas, Bonauentura,
 Richardus, Durandus, Scotus, & alij veteres
 Theologi, ut citauit lib. 7. ca. 17. q. 4. negant augeri,
 sed solum intensioribus. Ocham verò, Gabriel,
 Almainus, & Maior fatentur quolibet actu remis-
 siori statim augeri: Tum enim charitas, tum gra-
 tia adoptionis feruentioribus actibus crescit, &
 tum actibus reliquarum virtutum imperio cha-
 ritatis præstitis, tum etiam actibus ipsiusmet cha-
 ritatis elicitis. Augeatur itidem Charitatis meri-
 tum non solum multitudine actuum, sed etiam
 magnitudine, difficultate, diuturnitate, & boni-
 tate operum, quæ ex gratia fiunt, & existunt.

Octauò quaeritur, An charitas in hac vita in in-
 finitum possit augeri? Bonau. 1. d. 17. p. 2. ar. 1. q. 4. Ri-
 char. 1. d. 17. a. 2. q. 4. Henr. quodl. 5. q. 22. Durand. 1. d. 17.
 q. 9. Argen. 1. d. 17. q. 1. ar. 3. censent charitatē ex par-
 te sua, & potestate Dei posse in infinitum augeri,
 non tamē ex parte hominis, vel Angeli, cui inesse
 quoniam quælibet creata rerum capacitas finita
 est, & suis conclusa terminis. Ocham d. 17. q. 8. &
 Gabr. 1. dist. 17. q. 2. & 3. d. 13. q. 1. sentiunt charitatem
 posse in infinitum augeri, si Deus eam extra men-
 tem augeat, non tamen posse in immensum cre-
 scere, dum in mēte aliqua creata inhæret: quam-
 vis probabile putent oppositum. Sotus 2. d. 13. q. 2.
 & 3. tenet non solum posse Charitatem in infini-
 tum augeri, sed etiam posse infinitam creari, hoc
 est, ita magnam, ut alia maior esse non possit. Im-
 mo repta eadē esse animæ Christi Domini sum-
 mam charitatem, quā maior esse non queat.

Verosim tamen existimo S. Thomæ sententiā
 2.2. q. 24. ar. 7. asserentis charitatem posse in infini-
 tum augeri, nec aliquam esse charitatem ita ma-

gnam, ut maior esse non queat: quoniam charita-
 tis causa efficiens est Deus, qui eam potest am-
 pliorem, & pleniorē semper efficere, cum infi-
 nitæ, & immensæ sit potestatis. Nec impedit ipsa
 Charitatis natura, & substantia: quoniam & si qua-
 litas est, absolute tamē, & simpliciter per se nul-
 los certos habet suæ magnitudinis terminos, ve-
 luti quoque Richar. Henricus, Durand. Ocham, &
 Gabr. consentunt. Nec obstat etiam creatæ men-
 tis finita capacitas, & potestas, quia potest chari-
 tatem suscipere. Quoniam mens in quam chari-
 tas infunditur, quò pleniorē, & vberiorē chari-
 tatem excipit, eo redditur capax, & aptior
 ad eius incrementum. Obijcies, inde colligi, ut
 huius vitæ charitas, charitatem patriæ possit æ-
 quare: nam patriæ charitas finitas habet magni-
 tudinis terminos, ergo tantum poterit vitæ chari-
 tas augeri, ut patriæ charitati par fiat, & æqualis.
 Caiet. 2.2. q. 24. ar. 7. in hoc argumento diluendo
 vehementer admodum laborauit, nec tamen ple-
 nam eius solutionem inuenit, aut reddidit. Sunt
 qui negent vitæ charitatem, & patriæ eiusdem esse
 rationis: quod quidem, ut verum fatear, non in-
 telligo, quemadmodum defendi queat. Nam si de
 ratione naturæ, & substantiæ loquatur, mihi nul-
 lo modo probatur: quia teste Paulo, Charitas nun-
 quam excidit sine Prophete cessante, siue scientia destruc-
 tur. Et ratio ipsa id manifeste confirmat. Charitas
 enim, siue vitæ, siue patriæ, vna & eadem ratio-
 ne Deum diligit, nimirum propter ipsum. Si ve-
 rò de ratione accidentis intelligant, fateor libe-
 ter ratione differre. Hic enim Deum charitate
 diligimus, quem clarè non cernimus: beatè verò
 mentes diligunt Deum, quem clarè vident. At
 verò eiusmodi accidens, cum sit sola quædam rei
 obiecta conditio, non sufficit ad substantiam cha-
 ritatis, ut est habitus variandam. Cur igitur in-
 quies, si charitas, quod ad substantiam pertinet,
 vna, & eadē est, cum possit in dies crescere sem-
 per, & augeri magis, ac magis charitas vitæ, nun-
 quam ad supernæ illius charitatis terminos per-
 uenire potest? Sciendum est, charitatem vitæ cum
 charitate patriæ dupliciter posse conferri. Aut
 enim habitum cum habitu, aut actum cum actu
 comparamus. Mihi certè non videtur dubitandum,
 quin habitus charitatis vitæ possit magnitudine
 æquare, immò etiam superare habitum charita-
 tis patriæ, ut colligi videtur ex Henr. quodl. 5. q. 22.
 Quis enim ambigat, Martirum, aliorumque iustio-
 rum hominū charitatem in hac vita fuisse maio-
 rem, quam sit habitus charitatis, quem habent in
 patria paruuli? Et quis negare audeat beatitudinē
 Dei Genitricem ad eum charitatis gradum per-
 uenisse, qui magnitudine transcederet habitum
 charitatis, quo sunt præditi Beati cæli habitato-
 res? Habitūs igitur charitatis vitæ potest æ-
 quare, imò etiam vincere magnitudine habitum
 beatorum Angelorum, & hominum: quamuis S.
 Tho. nihil aperte de hoc tradidisse videatur. Sol-
 lum 1. p. q. 17. ar. 2. ad 3. ait: Dicendum, quod aliqui homi-
 nes etiam in statu vitæ sunt maiores aliquibus Angelis, non
 quidem actu, sed virtute: in quantum scilicet habent chari-
 tatem tantæ virtutis, ut possint mereri maiorem beatitudi-
 nis gradum quam quidam Angeli habeant, sicut si dicamus
 semen alicuius arboris esse maius virtute, quam aliquis par-
 uiam arborem, cum tamen multo minus sit in actu. Sic ille.

Sed quid

Sed quid dicendum de actu charitatis? An amor hominis via oris possit tantus esse, quantum est amor hominis beati? Nec questio est de continuatione, & perpetuitate; sed de intensione, & magnitudine amoris. Res hæc sanè ad definiendum videtur quibusdam difficilis. Nam amicum, inquit absentem possumus æquè diligere, ac præsentem, & quidem aliquando feruentius, & vehementius. Nonnulli liberrimè concedunt, amorem in via ex natura rei, quamuis non ex accidenti, posse æqualem esse, & maiorem, quum sit absolutè eiusdem prorsus rationis.

Quicquid sit de amore viatoris, si cum amore Beati alicuius conferatur magnitudine, & intensione, perspicuum est amorem viatoris non esse perpetuum, & continuum, qualis tamen est hominis, vel Angeli Beati. Deinde, meo iudicio, communis est Theologorum opinio, ut constat ex sancti Thomæ, Bonauenturæ, Richardi, Ochami, Argentinæ, & Gabr. in 3. distinct. 27. & 28. & Henrici, quodlibet. 4. quest. 25. actum charitatis in via nunquam posse ad tantum magnitudinis gradum peruenire, ut æquet magnitudinem amoris, quem beatè mentes eliciunt in patria. Nam esset habitus charitatis est idem in via, & in patria; actus tamen amandi est ratione diuersus: nam in via Deum, quem non videmus, amamus; sed Beati diligunt, quem præsentem intuentur, diligunt ex magno Dei auxilio cum ipsorum voluntate operantis: amant necessariò Deum, quem cernunt: fruuntur præsentem, quæ nos in hac vita optamus; tenent, quod amant, nos cupimus assequi, & tenere. *Ibi*, inquit, August. in Enchir. cap. 121. *quis explicet quantitas charitatis erit, ubi cupiditas, quam vel coercendo superet, nulla erit: quam summa sanitas erit, quando contentio mortis non erit? Quod si Beati hominis amor intensione, & magnitudine maior est, ut reuera est, quam viatoris actus: necesse est, ut eius incrementi causa efficiens sit Deus ipse, sive eius Auxilium: rei amatae præsentia, adeptio, possessio, clara Dei visio, læticia, & gaudium, quod de re amata, & quæ iam habetur, cõtinuo, & perpetuò, & securè percipitur.*

Deinde obijcies, saltè consequi, ut charitas viatoris possit equare charitatem Christi Domini, aut Beatæ Deiparæ, cum eorum charitas infinitæ magnitudinis non fuerit. Respondeo, charitatem viæ posse in infinitum augeri per se simpliciter, & suapte natura, ut charitas est; Deus tamè quorumlibet charitatem iustorum intra certos terminos, ac fines magnitudinis conclusit, quos absolutè transgredi quidem potest, nunquàm tamen factò ipso transiit. Vnde cum Deus omnium Angelorum, & hominum iustorum, quò esset progressura charitas, præuideret, ac præfiniret, longè multò maiorem Deiparæ, & Christi Domini citra vllam comparisonem, cumulatiorem, & copiosiorè charitatem constituit.

Sed quid dicent ij Theologi, qui ut antè iam dixi, senserunt, charitatem in via non posse in infinitum augeri? nam iustus homo, quam diu viuunt, potest in charitate proficere. Respondet, iustos homines, si perpetuò uiuerent, eum tandem gradum charitatis consecuturos, quo maiorè habere nõ possent: at Deus singulis, vitæ certos terminos præfixit, intra quos possunt semper in charitate

proficere. Vltimò obijcies contra S. Thomam id, quod dicit August. lib. 1. Retract. c. 7. loquens de charitate huius vitæ. *Sic itaque hoc accipitur, tanquam plena dilectio sit, quæ maior esse nõ potest, quam diu ambulamus per fidem.* Et in Enchir. cap. 121. *Minuitur, inquit, cupiditas crescente charitate, donec veniat hic ad tantam magnitudinem, quæ maior esse nõ potest.* Respondeo, in primo loco Augustinum loqui de charitate, cui diuina prouidentia certum terminum constituit, in secundo loco eum loqui de Martyrum charitate, de qua dixit Christus Dominus, *maiorem hac dilectione nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Maiorem dixit, videlicet opere, & factò: quia bonum pretiosissimum dat pro amico: nam alioqui intensione, & feruore, actus charitatis in hac vita potest maior esse in vno, quàm in altero Martyre: immo in iusto, qui Martyr non sit, potest maior esse.

Nonò quæritur, An charitas minui possit? Quamuis senserint quidam, leuiora peccata, quæ venialia dicuntur, charitatem minuire: communi tamen consensu Theologorum receptum est, non posse minui charitatem. Nam si veniale peccatum charitatem ex parte minueret, posset aliquando in totum auferre, quod quia alibi, cum de habitibus disputarem, lib. 3. cap. 23. q. 1. abundè probauimus, ideo hic plura non dicimus.

Decimò quæritur, An lethale peccatum, vi sua, & natura, an merito tantum charitatem expellat? Duæ sunt opiniones, vna docet, merito tantum expellere, quia charitas à solo Deo, tanquam efficiente in mentem infunditur, & conferatur, ergo solus Deus eam delet, ac tollit. Est enim qualitas quædam supernaturalis. Ita Scotus, Henricus, Richardus, Durandus, Gabriel, Maior, Almainus, & alij, quos supra citauimus, lib. 3. c. 23. q. 3. Altera opinio vult, merito, & natura per lethale peccatum charitatem excludi, & perire. Ita S. Tho. 2. 2. q. 24. artic. 10. eiusque discipuli, ea ratione ducti, quod lethale peccatum suapte natura se vicissim excludit. Hanc quoque quæstionem cum de peccatis lib. 4. cap. 24. q. 4. & 5. tractarem, plenius, & fufius, pro eius loci ratione diluimus.

Vndecimò quæritur, Quot, & quæ sint ea, quæ charitate diligi debent? S. Tho. 2. 2. q. 25. artic. 12. Augustinum lib. 1. de doctr. Christ. cap. 25. & 26. & Magistrum in 3. d. 28. secutus, ait esse quatuor, Deum, Nos ipsos, Proximum, & corpus nostrum: quoniam horum vnumquodque est cælestis beatitudinis capax. Cætera verò diligimus amore concupiscentiæ, ipsam quoque charitatem, & virtutes, quoniam diligimus tanquam bona nobis vtilia, & commoda, & tanquam apta, & idonea instrumenta ad beatitudinem animæ, & corporis consequendam. In præsentia tamen solum agimus de Charitate in Deum; postea verò, cum de quinto Præcepto Decalogi differemus, de Charitate in Proximum multa dicemus.

Duodecimò quæritur, Quot sint Charitatis actus elicti? Respondeo, esse vnum internum, nempe amorem in Deum, qui est voluntatis actus. Charitas enim virtus est, cuius actio in voluntate completur. Effectus tamen charitatis sunt multi, hi nimirum: gaudium, pax, animorum concordia, & coniunctio, misericordia, & beneficentia.

Porro

Porro misericordiz, & beneficentiz sunt ea opera, & officia, quæ ad quatuordecim referuntur, quibus aliorum indigentiam, tum animæ, tum corporis subleuamus: de quibus breuiter suo loco tractabo.

Caput IIII.

De Peccatis, quæ charitati in Deum aduersantur.

PRI^{MUM} id in quæstionem vertitur, quo tempore præcepto charitatis cogamur elicere, & præstare amorem in Deum? Variæ sunt Theologorum sententiæ; Thomas 1.2. q. 89. art. 6. videtur asserere, vnumquemque hoc præcepto, & lege compelli eo tempore, quo primum incipit vti ratione. At enim profectò difficile est creditu, hominem tunc lege Charitatis adstringi ad huiusmodi actum elicendum, & longè difficilior videtur, quod quidam S. Thomæ discipuli inde deduxerunt, debere homines eiusmodi præcepti omissionem Sacerdoti, vnà cum cæteris criminibus confiteri. Scotus in 3. dist. 27. q. 3. insinuat, hoc præcepto compelli nos ad elicendum amorem in Deum dominicis diebus: cuius sententiam sequuntur Angel. ser. 9. q. 40. & num. 41. Tabien. ser. 4. q. 46. & Charitas q. 20. sexta conclusione. Verum, id vt Nauarrus in Manual. cap. 11. num. 7. cum Adriano, quem citat rectè adnotauit, nulla ratione efficaci probatur. Sotus indicat libr. 2. de iust. q. 3. ar. 10. lib. 1. de nat. & grat. cap. 22. obligari nos eo tempore, quo aliquo insigni beneficio afficimur à Deo. At Nauarr. hanc quoque sententiam meritò refellit: quia si ad aliquem actum tunc temporis lege nature compellimur, is erit, quo debitas gratias Deo, & agamus, & habeamus, eò quòd in nos beneficium liberaliter contulerit. Docet etiam Sor. hoc præceptum impleri, dum quis in adulta ætate Baptismum suscipit. Sed certè Baptismus tunc rite suscipitur, si quis attritus non contritus ad Baptismum accedat.

Sunt, qui doceant hoc præcepto nos eo tempore teneri, quo patientia, & probitas nostra, ac virtus, grauissimè tentatur. Sed neque ad hoc asserendum vlla ratione compellimur. Ad eam enim tentationem repellendam, alia suppetunt remedia, hæc nimirum, diuinam opem precibus inuocare, incumbere in ea officia, & opera virtutis, quam antiquus hostis generis humani conatur nobis eripere. Alij docent hoc præceptum semel in vita nostra vim suam habere, videlicet in extremo vitæ tempore, aut in mortis periculo. Sed nec hoc vlla ratione efficaci probatur, nec verisimile est, tantum præceptum semel tantum nos obligare, dum viuimus. Præterea existimant quidam, hoc præcepto teneri nos eo tempore, quo ad aliquod Sacramentum accedimus, vel suscipiuri illud, vel ministraturi: quam etiam sententiam rejicit Nauarrus: quoniam ad Sacramenta legitimè sumenda, vel conferenda fatis est, si accedamus attriti, putantes bona fide nos esse contritos.

Alij dicunt saltem hoc præcepto nos adstringi, cù ad sacro sanctum Dominici Corporis, & sanguinis Sacramentum accedimus. Hoc etiam alijs

non probatur: quoniam ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum, iusta & debita est præparatio, qua quis accedit post sacram peccatorum confessionem, cum plena malè actæ vitæ detestatione, quam probabiliter putat se habere: ad Baptismum verò sufficit, si quem suorum peccatorum poeniteat. Quidam, quos secutus est Tabien. loco citato, putant ligari nos hoc præcepto, cum lethalis peccati conficij, alteri Sacramentum ministrare volumus ratione publici officij quo fungimur. At verò si probabiliter credamus nos charitate esse præditos, nulla lege compellimur ad eum actum præstandum. Item, Sacramentorum ministri solum præcepto compelluntur eo tempore quo Sacramenta conferunt, ad id lethale peccatum detestandum, cuius sunt conficij. Postrema est eorum sententia, qui volunt extremo vitæ tempore charitatis præceptum suam obligationem inducere. Sic Angel. Tabien. Nauarr. Sor. loci supra citati, & alijs. Quorum tamen sententiam ea ratio videtur non nihil posse infringere, infirmare, & euertere, quòd aliquando accidit, vt is, qui vicinus est mortis, iustus sit vir, gratia & charitate præditus, aut saltem probabiliter opinetur, se Dei charitatem minimè amisisse. Præterea, quid si aliquot ante obitum diebus, fuerit omnia sua peccata ritè confessus, & detestatus? Arbitror sanè, hosce auctores solum docere voluisse, eo tempore esse ex præcepto, & lege actum charitatis præstandum, quando quis est lethalius criminum cõficius. Sed nec hoc omnem ex animo planè dubitationem euellit: quoniam tunc poenitentia præcepto obligamur ad peccata omnia odio habenda, & detestanda, quod quia sine actu charitatis in Deum præstare, vt oportet, non possumus, ideo ad actum charitatis adstringimur ratione præcepti poenitentia, non autem præcisè lege charitatis. Nos autem in præsentem quarimus, quo tempore præcisè præcepto charitatis cogamur elicere amorem in Deum. Profectò videtur (vt quæstionem soluamus) eiusmodi præceptum esse constitutum, eo modo, quo diximus esse datum, & impositum diuinitus fidei præceptum, & spei: nimirum tâquam remedium ad iustificationem impij: quare ijs temporibus suam obligationem asserit, quibus improbus hominem oportet sua peccata per veram poenitentiam odio habere, & detestari, vt obtenta venia, ad diuinam gratiam reuocetur: Quare quandoque quis debet de suis peccatis per veram cordis poenitentiam dolere, vt eorum veniam obtineat extra Sacramentum re ipsa susceptum, ipso iure diuino cogitur actum charitatis elicere, quia sine eo vera, & legitima poenitentia, non est, quæ sufficiat, vt idonea, ad peccata lethalia post Baptismum commissa delenda extra Sacramentum, quamuis cum Sacramento poenitentia sufficiat is dolor, quem Theologi attritione appellant, qui actus charitatis non est, cum sit detestatio peccati, non amore Dei, sed metu gehennæ, vel odio turpitudinis, quæ peccatis inest, vel spe bonorum celestium suscepta.

Secundò queritur, Quo modo intelligatur charitatis præceptum, & quo dicitur diligendum esse Deum toto corde? Animaduertendum est, hoc præceptum in sacris literis contineri, non vno loco, sed pluribus etiam, & diuersis; primum Deu-

teronomij 6. deinde Marth. 22. cum Mar. 11. Postremo Luc. 10. quibus in locis hęc verba dictum est nobis. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis, vel fortitudine tua. Quid verò his nominibus accipiendum sit, declarat sanctus Thomas 2. 2. q. 44. artic. 4. & 5. hunc in modum: Ad efficiendum, inquit, opus, prædicitur est homo quatuor facultatibus, videlicet intellectu, ut perspiciat, quid sit agendum: Voluntate, ut veli homo id præstare, quod debet: Appetitu sensus, & sensibus corporis, ut in ipsorum ministerio, & opera id efficiat, quod perspicit esse faciendum: & ceteris corporis viribus, & facultatibus, quibus exequimur, quod facere statuimus. Unde mentis nomine accipiend^o est intellectus: Cordis verò nomine, voluntas: animæ appellatione, appetitus sensus, vñ cū sensibus corporis: Virium autem, vel fortitudinis vocabulo, omnis corporis facultas, quæ inest in membris.

Alij verò, appellatione animæ intelligunt vitā corporis, quæ, si opus fuerit, pro Dei obsequio, & honore fundi, ac perdi debet. Nominē autem virium, omnem facultatem, & substantiam bonorum temporalium, quæ si oportuerit, impendenda sunt, & in pauperum vsus, vel alios similes eroganda. Toto verò corde diligendus est Deus, hoc est, non in alias res cordis affectu distracto, nimirum, ita ut nihil aliud diligamus ante, vel pluiquam Deum, vel æque, ac Deum.

Tertiò quæritur, Quid Theologi intelligant, cum docent, hoc præcepto obligari nos ad diligendum Deum super omnia: An scilicet feruentiori, & maiori amore Deus diligi debeat, quam cætera omnia? Animaduertendum est, posse vnum aliquid diligi magis, quam aliud, tripliciter. Primo, quia plura, aut maiora bona vni volumus, & optamus, quam alteri. Secundo, quia feruentius, ac vehementius, aut ut Philolophi loquuntur, intensius vni bonum volumus, & cupimus, quam alteri. Tertiò, quia pluris facimus amorem vnius, quam alterius. Verbi gratia si tibi vitam corporis velim, alteri verò honores, vel opes, magis te diligo, quia tibi maius bonum exopto: præterea, si diligo te affectu magno, & feruido sex gradibus, alterum verò tribus, vel quatuor, te vehementius, & intensius diligo. Insuper, cum tibi, & alteri alimentū vitæ necessarium subministrare nequeā, si te præfero, vt te conferuem: tunc æstimatione magis te diligo, quam illum. Omnes ad vnum contentiunt, Deum esse magis diligendum, quam cætera, duobus modis: tum quia ipsi plura, & maiora bona velle debemus: nobis enim placere debet ipsum esse omnipotentem, immensum, æternum, infinitum, denique omne bonum habere, quod habet: cū etiam, quia si propter bonum aliquod procreatum deponendus, & abiiciendus est amor Dei, potius contemnendus, & negligendus est amor cuiuslibet creatæ rei, quam Dei. Sed quæstio est, an etiam vehementiori, & intensiori amore diligi Deum oporteat? Duæ sunt opiniones. Prima, videtur esse Petri Socii, tract. de instit. sacerdot. lect. 15. de iust. impij. & Adrian. in 4. quest. 2. de pen. & quodlib. 5. artic. 3. affirmantium intensius quoque Deum diligi debere. Quæ sententia quibuldam alijs placuit, ob eam rationem, quòd in hac re amor, quòd feruentior, & intensior est, eò robustior, & firmi-

or quoque est: sed potius ab amore cuiuslibet creati boni abstrahi, & auelli debemus, quā ab amore Dei, ergo fortior, & firmior est amor Dei. Deinde, quòd vni pluris æstimamus, quam alterum, difficilius ab eo amando defestimus; & proinde sequitur, vt intensius amemus: ergo, eo ipso, quòd Dei amor pluris æstimari debet, difficilius deponitur, & ita intensior est. Secunda opinio est communi Theologorū consensu recepta, non esse nobis datum præceptum, vt Deum intensius, quam cætera diligamus, quoniam præcepto charitatis in Deum, iactis facimus qualicumque amoris intentione, vel etiam minima: dummodo tamē Dei amorem, vel tenuissimum etiam, ceteris præferamus: ita docent Gabr. 3. d. 27. q. 1. a. 1. not. 6. Mai. 3. dist. 27. q. 2. ar. 4. Sor. 4. d. 17. q. 2. ar. 4. & Nauar. in Manual. c. 11. n. 6. Dubitabis, qui fieri possit, vt amor in Deū sit tenuissimus; & tamen omnis alius amor etiam maxim^o, prius deponatur, & euellatur ex animo, quam amor in Deum? Respondeo, id euenire posse, vt sequenti patet exemplo. Amor in Deum fit vno tantum gradu intensus, & feruidus, & nihilominus parentes, vel amicos diligamus magno quatuor gradibus amore, non peccamus; si tamē eo adducti simus, vt vel contra Dei charitatem sit nobis agendum, vel parentum, aut amicorum amor sit deponendus, aut contemnendus: tunc quia pluris facimus Dei amorem vno gradu intensum, quam parerum, vel amicorum amorem quatuor gradus intensiōnis habentem, eligimus potius tenuissimum Dei amorem animo retinere, quam alium maiorem parentum, vel amicorum. Quo efficitur, vt duæ prædictæ sententiæ minime à se inuicem fortè dissentiant: quoniam quotiescunque amor in Deum, & in res alias creatas sibi inuicem repugnant, & obstant; ita vt alter illorum posthabendus sit, tunc amor in Deum non solum pluris est faciendus, sed etiam firmior, fortior, & intensior, altero debet esse: quandoquidem licet alioqui sit tenuissimus, in eo tamen persistere debemus altero posthabito, & reiecto, ergo eo ipso, est intensior; si quidem Deum amamus, quamuis tenuiter, alterum non item. Quando verò ij duo amores non se inuicem impediunt, tunc amor alicuius boni creati potest esse multorum graduum; cum tamen amor in Deum vnius tantum gradus magnitudine, & intensiōne constet, & hoc est, quod secunda opinio sibi vult.

Quartò quæritur, An præceptū charitatis possit in hac vita compleri? De hac quæstione S. Th. 2. 2. q. 27. ar. 4. & q. 44. ar. 6. Theol. in 3. d. 27. Augustinus contra Pelag. disputans, libr. de perfect. iusti. respons. 16. docet duo esse præcepta, quæ in hac vita impleri nequeunt: primū illud, Non concupisces: alterum, Dominum Deum tuum toto corde diliges. Et cū sibi ipsi obijciat: Quorsum ergo sunt ea præcepta nobis data, si nequeis in hac vita præstari? Respondet ipse perspicuum, inquit, quo sit nobis progrediendum; & ob id ea implenda quaticumque modo curemus, quæ plenè præstare non possumus, vt quo modo possumus, currentes, alteram vitam consequamur, vbi ea plenè, & perfecte præstabitur. Ex Augustino Lutherani, & Calumistæ, more suo, eliciunt, nobis esse data, & posita hæc præcepta, & tamen nunquam posse in hac vita à nobis impleri, & proinde, velimus, nolim^o, necessariò peccare; ac propterea dixisse Paulum: Non n. quòd volo bonum, hoc facio; sed quòd

Exo. 20.
Rom. 7.

Rom. 7.

odis malum,

odi in a. um, hoc ago. Sed Hieronymus in exposit. symboli ad Damasum, execratur, & damnat eos, qui dixerint, præcepta à Deo nobis esse data, quæ impleri nequeant.

Ve facilius hunc nodum dissoluamus, prius scire oportet, præceptum diligendi Deum, posse tripliciter impleri. Primum, ut semper actu Deus diligatur, nec vllum peccatum vnquam, vel minimum etiam admittatur. Deinde, ita ut nullum veniale delictum committatur, licet ab actu diligendi cessetur. Demum, ita ut nihil mali fiat, quod Dei charitatem tollat, & amicitiam dirimat. Præceptum ergo illud primo modo sumptum nequit in hac vita compleri, in qua propter corporis indigentiam, & innumeras humanæ vitæ necessitates, actum amandi intermittere sæpe compellimur. Secundo modo absq. speciali Dei munere in hac vita præstari non potest: & vna excepta Beatiffi. Virgine, nullus aliorum Sanctorum, teste Augusti. in lib. de nat. & gratia, c. 36. præstitit, nec vnquam præstabit absq. singulari Dei beneficio; hoc est, solū consuetis, & communibus gratiæ diuinæ subsidijs nemo vnquam implebit. Tertio modo potest in hac vita impleri: nam is implet, qui omne lethale peccatum deuicit; at iustus ab omni lethali peccato se potest in hac vita abstinere: immo quidam iusti, & sancti viri per omnem huius vitæ cursum omne lethale peccatum vitasse perhibentur, non tamen sine speciali Dei gratia, & auxilio supernaturali, quæ gratia Apostolis, & alijs quibusdam insignioribus sanctis hominibus denegata non est.

Quintò quæritur, An iure Deum diligamus propter aliquod præmium, vel commodum, quod expectamus ab eo? De qua questione Durand. 3. dist. in 29. q. 4. & Mai. in 3. d. 29. quæst. 3. Quamquam huius temporis hæretici eum amorem reprehendunt, & damnant, quo Deum diligimus desiderio, spe, & amore alicuius præmij, vel commodi, tamen consensu Theologorum in 3. dist. 29. receptum est, Deum iure diligi propter præmium, & commodum: ita tamen, ut particula, propter, significetur causa excitans, mouens, & impellens ad Deum diligendum; non autem, significetur finis, cuius gratia Deum diligamus. Tunc autem præmium est causa mouens, quando studio, & causa præmij facilius, citius, expeditius, & feruentius Deum diligimus, alioqui amatur etiam, sed non ita citò, promptè, & expeditè. Item, quando præmium, siue mercedem ita diligimus, ut ipsam in Dei amorem referamus: quando amamus emolumentum, & commodum nostrum, ut Deum ipsum magis amemus: nam quando duo sunt bona, & vnum est minus, & inferius altero, amari potest, si referatur ad id, quod potius, & præstantius est bonum. Tunc autem est finis, cuius gratia Deum diligimus, quando nisi præmij, & mercedis spes adesset, Deum minime diligeremus. Hic autem amor bonus non est, quia in commodum nostrum tanquam in vltimum finem tantummodo refertur; & proinde ex mala circumstantia amor eiusmodi deprauatur, cum Deus non amaretur, si merces non esset.

Sextò quæritur, An Deus possit odio haberi? Duo enim impedire videntur, quò minus quis Deum odisse queat? Primum est, quia cum aliquo

odio habemus, volumus, & cupimus ipsum non esse, sine aliquo emolumento, & commodo nostro, eò quòd eius persona nobis displiceat: Sed nemo velle potest Deum non esse, quia eorum, quæ esse non possunt, voluntas non est. Ac quis, vel coecus non perspicit, fieri minime posse, ut Deus non sit. Alterum est, quia demones, & ceteri ad inferos damnati, qui Deum summo odio prosequuntur, non videntur eum odio habere, nisi tanquam peccatorum iudicem, & vindicem; at hoc non est propriè odisse eum, sed velle, & optare, ut ipse non esset criminum vltor. In his diluendis, multa tradidit Caietanus 2. 2. q. 34. a. 1. Sed breuiter dicendum est, posse Deum odio haberi absolute, & propriè: nam odium, est actus, quo persona alicuius nobis tanquam infensa, & odiosa displicet; & proinde cupimus ipsum non esse, aut volumus ipsi malum sine vilo emolumento nostro. Sicut cum rem aliquam detestamur, & odio habemus, res ipsa nobis non placet, & optamus eam non esse, vel cupimus ei malum sine vilo nostro commodo. Odium enim tum personæ esse potest, tum etiam rei. Non iraque repugnat, ut quis cogitando de persona Dei, ipsum, tanquam sibi infensum, & odiosum habeat sine vilo etiam suo commodo, quia Dei persona sibi displiceat: & potest simul velle, & optare, ne Deus sit. Ad id, quod obijciatur: Voluntas non est eorum, quæ esse nequeunt; Respondeo, Aristotelem lib. 3. Ethic. ca. 2. contrarium prorsus docere, de qua re supra dixi lib. 1. ca. 20. q. 3. posse nos videlicet talia velle, sed non eligere: possumus enim velle non mori, volare per aëra, celum digito, & manu tangere: sed ad id assequendum, aliquid aliud eligere non possumus. Voluntas enim est simplex quidam animi affectus, quo res absolute, & simpliciter nobis proposita placet tanquam per se grata nobis, nimirum, ut honesta, vel iucunda, quamuis non sit nobis utilis, vel commoda. Cum igitur quis cogitatione complectitur, tanquam bonum sibi iucundum, hoc, quod est, non mori, hoc, quod est, volare per aëra, vel celum manu tangere, gratum sibi habere, & acceptum: & in huiusmodi simplici animi affectu potest quis aliquando mereri, potest etiam grauius delinquere: Velut si nobis obiecta simpliciter honesta per se ipsa placeat, turpiaue displiceant, mereri possumus, quamuis honesta, & turpia, quæ cogitamus, reuera subsistere nequeant. Sic etiam si malum nobis simpliciter obiectum, quod alioqui esse non possit, nobis placuerit tanquam iucundum, peccatum erit. Quare nihil impedit, quin demones cum metis cogitatione apprehendant totum hoc, quod est, Deum non esse, tanquam iucundum sibi, id simplici voluntatis affectu velle possint, & eo ipso peccare.

Quocirca id etiam, quod secundo loco obijciatur, rectè diluitur. Non enim demones solum velle queunt Deum non esse peccatorum iudicem, & vindicem: quod esset, nolle Deum esse iustum, sed etiam simpliciter volunt Deum non esse, simpliciter tamen affectu voluntatis: neque enim aliquid eligunt, ut Deus non sit, hoc enim vident fieri nulla ratione posse. Delectantur igitur eo solo simplici affectu, & actu, quo Deum non esse cupiunt: & ad hunc actum eliciendum sufficit, si hoc

quod

quod est Deum non esse, animo concipiatur tanquam iucundum, & gratum. Ex ijs, quæ sunt habitus dicta colligitur, duo esse peccata, quæ charitati in Deum opponuntur; vnum est, eum non diligere, cum præcepto, & lege id facere cogitur: quod peccatum in omitendo, aut non faciendo consistit. Alterum est, cum Deus odio habetur, quod peccatum, in comitendo, vel in faciendo positum est, quodq; potius dæmonum, quam hominum videtur esse.

Caput V.

De Pietate, & Religione in Deum.

Anim: duertere oportet, hanc virtutem ad primum Decalogi præceptum pertinere, quo vnum Deum colere, & venerari debemus.

Primum quaeritur, Quomodo Religio in præsentia sumatur. Respondeo, nomen Religionis accipi posse dupliciter: Vno modo, vt significat eam virtutem moris, qua iustus, & debitus honor, cultusq; Deo tribuitur: Altero modo, vt significat statum, & vitæ conditionem multorum hominum speciali modo, & regula colentium Deum. Primo modo, in præsentia Religionem accipimus.

Secundo quaeritur, An vniuersi Religionis actus ad primum spectent Decalogi præceptum? Sciendum est, Religionis actus partim esse interiores, partim exteriores. Interiores sunt duo: Deuotio, vt vocatur, & Oratio. Deuotio, est prout voluntatis affectus ad aliquid efficiendum propter obsequium, honorem, & cultum Dei: de quo actu tractat sanctus Thomas 2.2. quæst. 82. Oratio, est actus, quo aliquid à Deo suppliciter petimus. Possimus tamen sermone, & verbo, aut animo tantum, & mente aliquid à Deo precari: de eo actu idem sanctus Thomas 2.2. quæst. 83. Inter actus exteriores Religionis alij sunt, quibus aliquid Deo offerimus; alij, quibus Deo quippiam promittimus; alij, quibus rem aliquam Deo facram adhibemus ad aliquid faciendum. Inter eos actus, quibus Deo aliquid tribuimus, alius est, quo Deum veneramur certa aliqua corporis inclinatione, vel summittendo, aut aperiendo caput, vel genua flectendo, vel totum corpus inflectendo, aut prosternendo, aut pectus tundendo, & hic actus dicitur Adoratio, de quo S. Thomas 2.2. quæst. 84. Alius est actus, quo aliquid immolatur, sacrificatur, aut quolibet alio modo offertur Deo, aliqua ratione mutatum, siue cum alijs permistum: de quo S. Thomas 2.2. quæst. 85. Alius, quo aliqua Deo offerimus ad eius ministros alendos, vel ad res diuinis vtiibus dicatas, commodè conseruandas: tales sunt decimæ, primitiæ, & aliæ similes pensiones, de quibus S. Thomas 2.2. quæst. 86. & 87. Actus verò, quo promittimus aliquid Deo, est votum, de quo S. Thomas 2.2. quæst. 88. Actus, quo nomen Dei adhibemus ad ea confirmanda, quæ dicimus, est iusiurandum, de quo S. Thomas 2.2. quæst. 89. Actus, quo nomen Dei adhibemus, vt inducamus homines, vel moueamus res alias procreatas ad aliquid faciendum, vel non faciendum, dicitur Adiuratio: de quo actu S. Thomas 2.2. quæst. 90. Actus, quo nomē Dei adhibemus ad auxilium

ab eo petendum, vel ad ipsum laudandum, est Inuocatio: de quo actu S. Thomas 2.2. q. 91. Postremus Religionis actus est, quo res Deo sacras adhibemus ad sanctificandos, vel quomodolibet mundandos homines: qualis actus est Sacramenta, & ea, quæ sacramentalia vocantur, conferre, vel sumere, signo Crucis frontem, & pectus munire, rem diuinam audire, denique vt qualibet re à Christo, vel Ecclesia instituta ad aliquid faciendum, vel sanctificandum: & de his agit S. Th. in 3. part. q. 60. & sequentibus.

Inter hos Religionis actus, tres, quatuorue duntaxat pertinent ad primum Decalogi præceptum; videlicet, Orare, & precari Deum, sacrificare, ipsum venerari, reuereri, & colere, & tandem inuocare.

Tertio quaeritur, Qui cultus, & veneratio Deo debeatur? Animaduertendum est, duo esse vocabula græca, quæ vsu Ecclesiæ communi sunt latinitate donata, hæc scilicet, λατρεία, & δουλία. Latræ nomen apud Græcos latè quidem patet, & significat quemlibet seruitutis cultum, quem seruus domino suo defert, vsu tamē, & accommodatiōne factum est, vt in sacris literis, & à Scriptoribus sacris solùm accipitur, vt constat ex Augu. lib. de ciui. 10. cap. 1. & lib. 20. contra Faustum ca. 21. & lib. 1. de Trinit. cap. 6. Isidor. lib. 8. Etymolog. cap. vii. Beda. in Lucam 4. pro supremo seruitutis cultu, qui Deo rerum omnium Domino debetur ob summum eius Imperium, & dominatum, eò quòd vniuersa ex nihilo condiderit, & ea suo nutu conseruet, & providentiā gubernet, & regat. Latræ igitur apud Theologos, est cultus, qui soli Deo debetur, eò quòd sit cultus quidam, quo nos ipsos Deo subijcimus, vt supremo omnium Domino, in eo spem, & fiduciam collocamus. Dulia quoque à Græcis fusè, & latè sumitur, significatque honorem, & cultum, quem præstat Domino seruus: sed vsu accommodatum est nomen, apud scriptores sacros ad significandam venerationem, quæ sanctis viris cælestis patrie ciuibus tribuitur. Et quia inter sanctos vna cum Christo Domino in cælo regnantes, primas obtinet sanctissimæ Deiparæ, introductum etiam est vsu, vt cultus ei debitus speciale nomen habeat, qui dicitur, ὑπερδουλίας, quasi latine dicatur, cultus quidam eximius, & excellens inter eos cultus, qui sanctis cum Christo Domino viuentibus, debentur. Deo igitur debetur cultus latræ, ceteris sanctis cultus Dulia, Beatif. Virgini, cultus hyperdulia. Ex quibus perspicitur, nomina Græca Latræ, & Dulia licet prima sua significatione idem significant, vsu tamen scriptorum sacrorum accipi solent ad diuersa significanda.

Quarto quaeritur, An adoratio solùm sit actus Religionis exterior, an etiam interior. Conuenit inter omnes adorationem esse actum Religionis, & proinde proficisci ab affectu religiosi animi in Deum. Sed dubiæ quaestionis est, an sit solùm actus exterior ab affectu voluntatis Religioso erga Deum profectus. Meo iudicio communis est Theologorum opinio in 3. d. 9. Adorationem esse duplicem, internam, & externam. Interna est, qua hominis, vel Angeli voluntas Deum, vt supremum omnium dominum honorat, colit, & veneratur. Externa est, qua quis ex Religioso voluntatis affectu coram Deo, vt coram primo, & summo re-

tum omnium Domino sese submitit, genua flectit, corpus prostermit, caput inclinat, aperit. Non video, cur Angeli, & animi exuti, & soluti corporibus non dicantur verè, & propriè Deum adorare, sed tantum per Metaphoram, & tropum: sicut. n. ipsa mentis intelligentia Deum supremum rerum omnium Dominum agnoscat, sic ei se voluntate submitunt, & vt summum omnium Principem colunt, & venerantur. Hic enim actus non est fidei, spei, charitatis, humilitatis, vel obedientiæ, vel alicuius alterius virtutis officium, vt constat, est igitur Religionis opus, quò se voluntas coram Deo, vt supremo omnium Domino subijcit. Si quæras, qua ratione Deo cultus latræ debeat? profectò debetur, quia vniuersa ex nihilo procreauit, cuncta suo nutu, & arbitrato conseruat, moderatur, & regit. Si iterum roges, an Deo debeat vnus latræ cultus, etiã innumera sint eius in nos beneficia, quippe qui nos ex nihilo condidit, nos conseruat, ne in nihilum recidamus, nos gubernat, tuetur, curat, dirigit, nos redimit, & liberat à malis, à dæmonis potestate eripuit, nobis gratiam, & gloriam confert, nos vocat, allicit, mouet, & flectit ad bonum. Item, an debeat ei vnus latræ cultus, quamuis in eo ratione nostra, qua considerantur, multa sint bona: est enim supremus rerum omnium conditor, moderator, & custos, habet vitæ, & necis imperium, summum in omnia dominatum. Respondet S. Thomas 2. 2. q. 51. a. 3. ad 1. vnum esse latræ cultum, qui Deo debetur, vt summæ maiestatis Principi, & supremo rerum omnium Domino, à quo cuncta bona fluxerunt. Nam cultus defertur alicui ob excellentiam eius: ergo quia Deus est excellentissimus, & vnus, debetur ei vnus latræ cultus.

Quintò quæritur, An cultus, qui latino nomine Adorationis vocatur, soli Deo sit tribuendus? Sciendum est latinum nomè Adorationis, vt Gabriel, & alij iuniores annotarunt, in sacris litteris amplè aliquando patere, ita vt de hominibus etiam dicatur. Legimus enim Reges, & Principes, & alios viros singulari sanctitate, sapientia, vel auctoritate præstantes, adoratos: nec solum à quibuslibet, sed etiam à iustis hominibus. At verò strictius interdum accipitur, ita vt soli Deo conueniat, alteri præterea nemini. Vnde Apocalypsis 22. Angeli prohibuerunt sibi adorationem tribui. Et Petrus 2. 10. & Paulus, & Barnabas 14. capite eiusdem libri non permisissent se adorari. Adorationis igitur nomen, sacræ litteræ nonnunquam accipiunt pro cultu latræ soli Deo debito.

Sextò quæritur, An sit aliquis actus venerationis, & cultus externi, qui supra naturam, siue per se, aut saltem ex communi hominum opinione, & institutione soli Deo deferatur? Respondeo, difficile huiusmodi actum posse inueniri: non enim omnes nationes, & gentes conueniunt in signis externis, quibus Deum colunt, & reuerètur. At verò consuetudine introductum apud Christianos est, vt certi quidam venerationis actus soli Deo deferantur, quales sunt, pectus pugno percutere, genua flectere, humi se prosternere, vultum in caelum conuertere, & palmas in altum attollere: nam licet apud aliquas nationes coram ho-

minibus etiam genua humi ponantur, in Ecclesia tamen vfratius est, vt id coram Deo fiat, ita vt corameo in genua procumbamus. Cæterum vniuersa peccatorum, gratia, gloria caelestis, virtutes, & bonorum operum merita, à Deo tanquam auctore, & largitore bonorum omnium postulantur.

Septimò quæritur, Quibus rebus cultus latræ debeat? Sciendum est, dupliciter latræ cultum rei alicui dari posse: aut enim datur alicui per se, & propter ipsum: vide licet, quia in eo insit diuinitas, & summa maiestas, potestas suprema, & summa potestate, & virtute coniuncta verè, & re ipsa, vel saltem cogitatione, & representatione: & ea res colitur honore, & veneratione latræ, non propter ipsam, quasi in ea sit verè diuinitas, sed quia cū diuinitate, vel verè, & re ipsa, vel cogitatione, aut representatione coniungitur. Hoc posito, Respondeo, & toti Trinitati, & cuiuslibet diuinæ personæ deberi per se cultum, & honorè latræ: nam tribus vnica tantum venerationi tribuitur, quatenus tres personas veneramus, vt vnum Deum rerum omnium conditorem, & summum earum Dominum, & moderatorem, cui nos subijcimus, & in eo spem nostram, & fiduciam ponimus. Porro sicut Ecclesia dies festos, & solemnè cuiuslibet personæ sacros instituit, sic etiam quamlibet personam per se nominatim ac distinctè possumus colere ac reuereri, sicut vnā sine alia possumus cogitare, sic vnā sine alia venerari, non quòd aliam explicite excludamus, hoc enim esset nefarium, & impium, sed quòd sicut vnā sine alia, mentis cogitatione concipimus, ita & vnā sine alia colere, & venerari possumus: nam Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus sanctus est Deus.

Præterea Christo Domino latræ cultus debetur, quoniam etsi homo sit, est etiam Deus, ita vt sit vna & eadè persona diuina ex duabus, & in duabus naturis scilicet diuina & humana subsistens: & cum eū veneramus, cultus noster in personam, non in naturam humanam absq; persona terminatur, aut terminatur quidē in naturam humanam, sed vt à Verbo diuino assumpta, & ei mirabili nexu & vinculo coniuncta.

Quæres, an Latræ cultus humanæ Christi naturæ tribui debeat? Respondet S. Thomas 3. 4. 2. 5. art. 1. & 2. Christi humanitatem esse personam Verbi diuini coniunctam, & propterea Humanitati personaliter Verbo coniunctæ deferri debere cultum Latræ, quia non Humanitas per se colitur, sed persona diuina in Humanitate subsistens, vel humana natura, vt est Verbi Diuini humanitas, hæc ex S. Thoma, quæ est omnium Theologorum communis sententia in 3. d. 9. Henri. quodlib. 10. q. 6. & definita est in Syno. S. Constantinopoli. coll. ar. S. cap. 9. Si roges, an humana Christi Domini natura per se colenda sit veneratione Latræ, an potius Hyperdulix. Alex. 2. 4. q. 2. m. 3. a. 1. ad vltimum, docet esse honorandam cultu Hyperdulix. Sic etiam Gabr. 3. d. 9. q. 1. ar. 2. concl. 3. & 4. & in Cano. Missæ. lect. 50. Nec est, quòd hos Theologos oppugnet, nam humanam Christi naturam accipiunt per se, hoc est, vt dimissam, vel diuisam à Verbo, gratia, & sanctitate plenissimā, non, vt diuino verbo coniunctam. Nam hoc idem docet S. Thomas cum

3163. p. 9. 25. artic. 2. Adoratio igitur humanitatis Christi dupliciter potest intelligi, uno modo, ut sit eius, sicut rei adoratae: & sic adorare carnem Christi nihil est aliud, quam adorare verbum Dei incarnatum: sicut adorare vestem regis, nihil est aliud, quam adorare Regem vestitum, & secundum hoc adoratio humanitatis Christi, est adoratio latræ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quæ sit ratione humanitatis Christi perfecta omni munere gratiarum, & sic adoratio humanitatis Christi, non est adoratio latræ, sed adoratio dulcis. Ita scilicet quod una eadem persona, Christi adoratur adoratione latræ, propter suam divinitatem, & adoratione dulci propter perfectiorem humanitatis. Hæc ibi S. Thom. Idem planè docuerunt Scot. 3. d. 9. q. 1. Albert. 3. d. 9. art. 9. Bonaven. art. 1. q. 1. Richard. art. 2. q. 1. Henr. quodlib. 10. q. 6. Duran. 3. d. 9. q. 3. Palud. 2. q. 2. Almai. q. 1. conclusio. 4. Non significat S. Thom. humanam Christi Domini naturam, ut verbo diuino coniunctam non esse cultu latræ honorandam, sed solum docet humanam Christi naturam re ipsa, vel cogitatione seiunctam à verbo, & per se consideratam non esse veneratione latræ colendam. Dixit enim B. Augustinus serm. 58. de verbis Domini. Si hominem separaueris à verbo, illi nunquam credo, neque seruiro: & vtrius exemplo, cum Rex est purpura indutus purpurâ regis honoramus, cû deposita purpura iacet, non honoratur à nobis. Ego, inquit, Dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quod à diuinitate suscepta, atque deitati unita est. Denique si hominem separaueris à Deo, ut Photinus, vel Paulus Samosatensis, illi ego nunquam credo, nec seruiro: velut si quis vestem, aut purpuram, aut diademam regale iacentem inueniat, nunquid conabitur ea adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege adorare quis contempserit. Hæc B. Augustinus. Ex quo etiam fit, ut corpus Christi Domini dum in sepulcro iacebat, coli latræ deberet, quia erat diuinæ personæ Verbi coniunctum. Item, ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 5. & can. 6. colligitur, Hostiæ consecratæ, & vino pariter consecrato in sanctissimo altaris Sacramento tribuendum esse latræ cultum, quia tum in Hostia, tum in vino consecratæ, est corpus Christi Filio Dei re ipsa coniunctum. **QVÆRES,** An natura humana Christi per se seorsum accepta, non ut est verbo diuino coniuncta, siue non ut est diuini verbi natura humana, coli debeat veneratione latræ? **R**espondeo, S. Thomam 3. p. 2. q. 25. art. 2. eam per se sumptam coli debere non cultu latræ, sed hyperdulciæ eximie, & præcellenti, quia cultus tunc temporis in ipsa natura humana per se, non autem in Verbo diuino terminaretur, aut non coleretur, ut est verbi diuini natura humana. Verû contra S. Thomam, forsitan quis obijciat, quod ipse pariter docet 2. 2. q. 25. art. 4. ea, quæ Christum Dominum tetigerunt, vel ei sunt aliquo modo coniuncta, latræ coli debere, ergo multo magis natura humana Christi, cum semel fuerit Verbo diuino coniuncta, digna quoque est honore latræ, etiam à Verbo dimissa. **R**espondeo, S. Thomam non illam ea ratione considerasse, sed solum naturam humanam per se ab hypostasi diuina seiunctam, ut gratia, & sanctitate plenissimam: sic enim accepta, nulla alia ratione habita, digna est cultu hyperdulciæ, non latræ.

Octauo quaeritur, An sanguis Christi in tri-

duo mortis, & sepulturæ dominicæ separatus à corpore, cultum latræ mereretur? Richardus in 3. d. 2. art. 2. q. 1. ad 1. Durandus in 4. d. 10. q. 1. nu. 19. Gabriel. in Canonem Missæ lect. 53. Abul. in Paradox. ca. 40. putarunt, in illo triduo sanguinem illum à Verbo diuino, fuisse seiunctum: & proinde dicerent proculdubio cultum latræ non mereri, nisi cum S. Thoma 3. part. 9. 25. art. 4. ad 2. sentire vellent. Latræ quoque coli debere, quia tetigerat corpus Domini, quod fuerat Verbo diuino cõiunctum. Ego verò tanquam verius, & certius existimo, sanguinem illum non fuisse à Verbo diuino seperatum, & diuisum, & proinde dignum fuisse cultu latræ.

Nonò quaeritur, An ea, quæ Christum Dominum re ipsa tetigerunt, latræ cultu coli debeant, clauis, inquam, lancea, præsepe, spongia, flagella, corona spinea, & alia huiusmodi. S. Thomas 3. p. 2. q. 25. art. 4. aperte tradit coli debere, ea sola ratione, quia Christum Dominum tetigerint, siue quia cum eo fuerint aliquo modo coniuncta. Quidam verò distinguunt hoc modo: Quando res Christum tangebant, tunc coli debebant cultu latræ, quia erant Christo coniuncta, & non per se seorsim colebantur, ut erant in Christo. Sic enim ait, Augustinus sermone 58. de verbis Domini: *quando regem purpura vestitum reueremur, eodem honore, & eodem cultu, quo regem, vestem veneramus.* Hinc est, ut pari ratione, eodem cultu honoraretur Christus, & præsepe, in quo iacebat: quia colebatur Christus iacens in præsepio. Sic etiam Christus, & tunica qua erat vestitus, & clauis, quibus in Cruce transiit, lancea, cuius cuspidem latus eius confingebatur. Quando verò res, quæ Christum tetigerunt, per se seorsim coluntur, non debent eodem cultu honorari, ut Christus, sed distincto; & proinde dulci cultu, non latræ. Mihi tamen opinio S. Thomæ magis probatur. Nihilominus vniuersi consentiunt, ea, quæ Christum Dominum tetigerunt ignominiosè, nefariè, & impiè, nullum cultum mereri: qualis impia, & sacrilega illa manus eius esset, qui Christum Dominum alapa percussit: Non tamen iniuriosè Christum tangebant, ea instrumenta separata, quibus nefarij Iudæi utebantur in Christo Domino cruciando, & morti tradendo, nimirum flagella, arundo, lancea, spinea corona, & alia huius generis instrumenta Dominicæ passionis: non enim idem iuris est de instrumentis separatis, quod de cõiunctis. Manus crucifigentium, flagellantium, spogiam aceto plenam ori eius porrigentium, spineam coronam capiti imponentium, contumeliosè, & impiè Christum tractabant, sed non clauis, flagella, & corona spinea, cum ratione, & sensu carerent. Præterea, in eo omnes consentiunt, res intelligentiæ, & rationis compotes, quæ Christum tetigerunt quamuis alioqui religiosè, sanctè, & piè tetigerint, nõ esse propterea honore, & veneratione latræ colendas: ratio est, quia cum per se ipsa honorem aliquem mereantur, si cultu latræ honorarètur, viderentur coli solum propter ipsa. Quare Sanctissima Virgo nequaquam est cultu latræ honoranda, nec asina, cui Christus insidens Hierusalem die Palmarum venit, si ea viueret, latræ veneratione coleretur, quamuis Christum Dominum suo corpore tetigerit.

Caput VI.

De cultu, & veneratione sacrarum imaginum.

P R I M O quaeritur, An Crux, & Imago Christi Domini, cultu latræ coli debeant? Quatuor sunt opiniones Doctorum, vt quidam asserunt: sed ex meo quidem iudicio videntur ad duas tantum reuocari posse, vt inferius dicam. Prima negat, ita vt iuxta hanc opinionem cultus latræ in Christum solum in Cruce, vel Imagine cogitatione, & recordatione contentum, tanquam in terminum referatur, Crux verò, & Imago tantummodo sit id, in quo, aut per quod Christum colimus, vt verum sit dicere non colere nos cultu latræ Crucem, aut Imaginē Christi, sed in Cruce, aut imagine ipsum Christū, cuius similitudinem Crux, vel imago refert. Neque huius sententiæ auctores inficiantur, Crucem, & Imaginem aliqua veneratione, honore, & cultu propriè esse colendam, cuius terminus proprius sit ipsa Crux, & Imago in seipsa, siquidem Crucem, & imaginem Christi osculamur, amplectimur, & religiose cōreclāmus, sed solum negant Cruci, & Imagini cultum latræ veræ, & propriæ, qui per imaginem tranfit ad exemplar, quod refert, vt ad terminum, & obiectum cultus. Huius fuisse sententiæ perhibetur Alex. p. 3. q. 30. ar. vltim. Duran. 3. d. 9. q. 2. Olcoth. in librum sapientiæ lectione 157. Mirandulanus in sua Apologia qua. 3. id hac ratione illi auctores conantur offendere, quia Crux, & quælibet alia imago referēs Christum quomodolibet accepta, etiam vt repræsentat, est res creata, semper enim à prototypo, & exemplari, qui est Christus, re ipsa distinguitur, vt res creata à Creatore, ergo cultu latræ coli iure non potest, nisi solum tantum res, qua, vel in qua, vel per quam Christum ipsum, cuius similitudinem refert, colimus, & veneramur, id etiam probant ex septima Syno. Generali *Art. 7.* vbi in definitione fidei dicitur Definimus cum omni diligentia, & cura venerandas sanctas imagines & ad modum, & formam venerandas, & viuificantis Crucis dedicandas, & collocandas in templis. Et paulò pōst, quo scilicet per hanc imaginum pictarum inspectionem omnes, qui cōtemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & desiderium veniant: illisque salutationem, & honorariam adorationem exhibeant, nō secundum fidem nostram, latræ, quæ soli naturæ diuinæ competit, sed quemadmodum typo venerandæ, & viuificantis Crucis, & sanctis Euangelij, & reliquis sacris oblationibus suffitorum, & luminarium reuenter accedimus. Idem habet Adrian. in libell. de imaginibus, quod extat tom. 2. Epistoliarum Pontificiarum, inter Epistolas Adriani in responsione ad reprehensionem 9. Idem in 7. Syno. gener. *Art. 3. Art. 2. Art. 6.* continetur.

Secunda opinio affirmat coli debere adoratione latræ, hoc est, eodem cultu, honore, & veneratione, qua colitur Christus, cuius est imago: ait enim, in Cruce, vel Imagine posse tria considerari: primum est, ipsa substantia signi, vel imaginis sua natura, & per se, quæ est materia, videlicet lignum, aurum, aut argentum, vel saxum: Et hac ratione non est capax venerationis, & cultus. Al-

rum est, figura, respectus, & ordo, quo signum, vel imago ad id, quod repræsentat exemplar, referatur: Repræsentans enim, & repræsentatum, tanquam relata se mutuo respiciunt: quo etiam modo Imagini cultus latræ minimè debetur, quia huiusmodi respectus, & ordo est aliquid creaturæ, re à prototypo & exemplari, qui est Christus, distinctum. Tertium est, Imaginem actū Christum ipsum referre, & repræsentare, & hoc modo, inquit, Caietanus 3. p. q. 25. ar. 3. cultus latræ est ei debitus. Ita, vt cultus tam ad Imaginem repræsentatam, tum ad Christum cuius similitudinem gerit, referatur: sed in Christo sistit propter ipsum, & tanquam in obiecto vltimo, in Imagine verò repræsentante terminatur, non propter ipsam, sed propter exemplar, quod refert, nec tanquam in obiecto, & termino vltimo, sed vt in proximo, & primo. Cultus igitur ad Imaginem tendit, nec in ea quiescit, sed per eam, & ex ea transfertur in id, cuius similitudinem refert. Et propterea Ecclesia cum Crucem veneratur, & colit, eam salutat, & alloquitur, cum ait.

*O Crux aue spes vnica,
Hoc passionis tempore,
Auge pijs institium,
Resque dona veniam.*

Præterea: Aristoteles docet, eundem esse motū in imaginē, qui est in exemplar, cuius est imago. Et sancti Patres in 7. Synodo *Art. 7.* testantur eodem cultu coli imaginem, quo colitur id, cuius est imago, quoniam honor, & cultus imagini datus, tranfit ad prototypum, & exemplar, quod refert imago. Hæc sententia communi est Theologorum consensu recepta. Sic S. Thomas 3. p. q. 25. ar. 3. & 4. Alex. p. 3. q. 30. m. 3. ar. 3. Bon. 3. d. 9. q. 1. Richar. 3. d. 9. ar. 2. q. 2. & 3. Alber. 3. d. 9. q. 1. Palu. 3. d. 9. q. 1. Almai. 3. d. 9. q. 1. concil. 5. Marl. 3. q. 8. ar. 2. dub. 2. concilij 3. Mai. 3. d. 9. q. 1. Capr. 3. d. 9. q. 1. ar. 1. concil. 2. Caiet. 3. p. q. 25. ar. 3. & ceteri iuniores.

Tertia opinio est Gabriëlis asserentis in 3. d. 9. q. 1. ar. 2. concil. 5. cultum Cruci, & imagini Christi tribui definit, sed non esse latræ propriè, sed iam propriè, & latè, per analogiam quandam, & similitudinem. Nam sicut depictus homo est per analogiam, & similitudinem homo, sic Crux, & imago Christi est per analogiam Christus. Eodem argumento dicitur Gabriel, quod doctores primæ opinionis. Sed meo iudicio idem sentit, quod Durandus, & alij primæ opinionis auctores, non enim negant cultum latræ impropriè, & latè imagini Christi tribuendum.

Quarta opinio distinguit hoc modo: nam quædo imago colitur propter id cuius est imago, cultus est latræ: quædo verò colitur propter ipsam, quia est res quædam sacra, hoc est, sacris vrb' distincta, scilicet ad referendum, & repræsentandum id, cuius est imago, cultus est non latræ, sed dulæ: quia non propter exemplar, quod refert, colitur, sed propter sanctitatem quandam, quam habet in se, qua res est sacra, & sancta, hoc est, sacris vrb' dedicata. Hæc etiam opinio, quantum ego sentio, à prima non differt; quare duæ sunt tantum sententiæ, (vt initio quaestionis præmonueram) vna, quæ negat, cultum latræ, altera, quæ affirmat Latræ honorem, & venerationem Cruci, & imagini Christi deberi.

Tota hæc controuersia inde profecta est, quod in 7. Synodo Generali, quæ est Nicæna secunda, *cap. 7.* cum ex instituto contra Iconomachos disputaretur, de ueneratione, honore, & cultu sacrarum imaginum, definitum est, Crucem, & Imaginem Christi non coli cultu Latræ, sed alia inferiori honoraria ueneratione, quæ res sacræ coluntur, nimirum Codex Euangeliorum, & uasa sacræ. Ex quo perspicitur, cultum Latræ Cruci denegari. Synodus autem nõ loquitur de Cruce, vel imagine ex parte, vel ratione materiæ, sumptis; hæc enim ratione nullius cultus est capax: & tamé sacrosancta Synodus decernit aliqua honoraria ueneratione coli debere: ergo loquitur de imagine, ut refert, & repræsentat id, cuius est similitudo: Et cum neget cultum Latræ, quæ soli Deo, inquit deferuntur: cõsequitur, ut solum admittat cultum dulciæ Cruci deferendum. Et ex altera parte definit coli debere eam ueneratione, quæ coluntur ceteræ res sacræ, uasa sacræ, & sacri Euangeliorum codex. Ergo nõ loquitur de cultu Cruci debito propter id, cuius similitudinem refert, ac gerit: siquidem sacræ aliæ res, quibus Crucem comparat, non repræsentant, cum non sint imagines, vel signa, quamuis contineant, vel narrent res sacræ: ergo loquitur de Cruce prout est res quedam sacræ. Atque ita Synodus insinuat duplicem cultum Cruci deferri, Latræ propter exemplar, quod refert, & Dulciæ, propter eam sanctitatem quasi ei inherentem, uidelicet, eò quod sit factis, & sanctis uisibus in Ecclesijs destinata: At ex alia parte constans est Theologorum sententia imaginem eodem honore, & cultu, honorari, & coli, quo colitur id, cuius est imago: & id uidetur significare concilium Trident. *sess. 25. in decreto fidei de sacræ imaginibus*: & idem insinuat 7. Synodus. *cap. 7.* & in ea synodo sæpe dicitur, ad ipsum prototypum, & exemplar referri cultum imaginis.

Equidem difficile est primò tueri, quo pacto cultus Latræ Cruci, vel Imagini Christi Seruatoris nostri tribuatur uerè, & propriè: nam improprie, & late, & per analogiam, non est dubitandum. Deinde, difficile quoque est, explicare, quæ admodum Cruci duplex cultus debeatur, Latræ ob exemplar, cuius similitudinem refert, & Dulciæ ob sanctitatem, quæ ipsi inest, eò quod sit factis uisibus dedicata. Primum quidem dixi, difficile, quia Crux, & imago ex parte, siue ratione eius, quod habet in se, est aliquid creatum, id quod est perspicuum, nec eget ulla probatione: siue eam consideres ratione materiæ, siue ratione figuræ, & ordinis, siue ratione repræsentationis. Alterum quoque sua difficultate non caret. Etenim Crux, vel imago Christi per se ipsam uenerationis, & cultus capax non est, nisi ob respectum, & ordinem ad id, cuius similitudinem refert, ergo cultus Crucis cum nõ sit propter ipsam, sed propter id, quod refert, necesse est, ut sit vnus, & hic Latræ, vel Dulciæ, & non duo. Sicut cum quippiam eligatur propter finem, tota ratio eligendi est bonitas, quam accipit à fine. Nec enim aliquid proprie eligitur propter bonitatem suam. Aegrotus (Verbi causa) sumit potionem amaram, quæ propter sanantem eo ipso, quod uilis iudicatur, cõsecratur bona, cum tamé per se sit amara. Secundum aliquos igitur idem uidetur esse dicendum de hæc

tota controuersia, quod Philosophi ac Theologi de electione eius, quod est ad finem, & de ipsius finis intentione tradiderunt. Nam cum finis aiunt electio eligendi, id, quod est ad finem, vnus est actus, qui dicitur electio, qui actus terminatur in eo, quod est ad finem, id enim est, quod eligitur: Finis uerò non se habet tanquam aliquid, quod electionem terminet, sed potius, ut ratio qua eligitur id, quod est ad finem: Contra uero Intentiõ finis est vnus etiam actus, sed qui terminatur in fine, tanquam in eo, in quem uoluntas animum intendit, in id uerò quod est ad finem, non intendit uoluntas, sed est ratio, per quam in finem intendimus: Eodem modo, inquit, se res habet in ueneratione imaginis, & eius cuius similitudinem ipsa refert, ac gerit: semper enim vnus est cultus rei, sed ratione distinctus, cum colimus in imagine id, cuius ipsa similitudinem continet, tunc exemplar est id, quod colitur, & in quod cultus refertur: imago uerò est ratio, per quam cultus in prototypum transit. Cum uerò ipsam imaginem rursus ueneramur, tanquam materiam obiectam, & terminum cultus, tunc imago est, quæ colitur propter exemplar, quod refert, nihil enim habet imago in se, unde coli debeat, nisi ab ipso exemplari desumptum. Primus cultus, quem imago ad prototypum, & exemplar tradit, inquit, Latræ: secundus, qui ab exemplari in imaginem descendit, est Dulciæ: ac proinde duplici cultu, & honore Imaginem reueremur, & colimus: & propter exemplar, quod imago refert, & propter ipsam imaginem, quæ exemplaris similitudinem continet. Quia ratione motus, qui ab eo, quod est ad finem, tendit ad ipsum finem, est Intentiõ: & motus, qui à fine uenit in id, quod est ad finem, est Electio. Sed reuera cum nihil obstat synodus 7. Generalis, quando dicit Cruci, & Imagini Dei, non tribui cultum Latræ, qui soli Deo debetur, sed inferiorem honorem, de quo dicam inferius; mihi vnus tantum uidetur cultus Imagini debitus, idem nempe qui debetur exemplari; & is non propter ipsam, sed propter id cuius similitudinem refert. Cum rem aliquam uitæ, & animæ expertem piæ, & religiosè ueneramur, ac colimus, ut sacram honoramus: sacræ uerò est, aut quia continet re sacræ, ut uasa, altaria, templa: aut quia memorat res sacræ, ut codex Euangeliorum: aut quia refert, & repræsentat rem sacræ, ut effigies, & imago: aut quia est pars rei sacræ: aut cum re sacræ uerè, vel cogitatione coniungitur: aut aliqua alia ratione ad rem sacræ pertinet; unde fit, ut simul cum re sacræ eodem honore, & ueneratione colatur, ut fusiùs dicam.

Secundò quaeritur, An quemadmodum Crux cuiuslibet materiæ cultu Latræ digna est, sic etiam clauis, lancea, flagella, spongia, & corona spinea ex alia qualibet materia confecta, cultu Latræ coli debeant, S. Thomas 3. part. *quest. 25. artic. 4.* Respondet, Crucem ex qualibet materia constantem coli debere Latræ, quia eo cultu non solum Crux, qua Christus pependit, digna est, eò quod Christum tetigerit, sed etiam quatenus Crux est, hoc est, signum, & imago Christi in Cruce pendentis; at uerò cetera Dominicæ passionis instrumenta solum cultum Latræ merentur, quia Christi corpus tetigerunt: quare si in alia materia cõ-

stant, cultu latriæ coli non debent, quia non sunt signa, & imagines quæ Christum referant, & representent: sed sunt similitudines eorum instrumentorum, quibus Christus est Cruci affixus. **Obijciēs**, id vnum sufficere. **Respondeo**, minime, quoniam Crux alterius materiæ non colitur, vt signum illius, in qua Christus pendit, sed vt signum ipsius Christi in Cruce pendentis. Scriptura enim Crucem quamlibet Filij hominis signum appellat, quod in cælo, hoc est, in aëre, videndum prædixit Christus: at verò clauis, & lancea, alterius materiæ, nusquam in sacris literis signum Filij hominis appellantur; quare signa tantummodo sunt eorum clauorum, quibus Christus fuit Crucifixus.

Tertio queritur, An si alicubi nunc superesset aliqua portio sanguinis in morte Christi effusi, quam Christus rediuius non resumpserit, coli deberet latria? Ex his, quæ tradidit S. Thomas, 3. p. qu. 25. artic. 4. deducitur coli debere, quia etsi à Verbo diuino esset re ipsa distinctus, terigit tamen corpus Christi, vt si aliqui capilli eiusdem vspiam extarent, aut aliqua exigua particula carnis per circumcisionem ablata, cultum latriæ mererentur. Si queras, an caro, vel sanguis, qui aliquando prodigiose siue mirabiliter apparuit, aut apparere potest in sanctissimo altaris Sacramento ad Fidei confirmationem, latria coli debeat? Respondent aliqui, debere, quia vt minimum ea caro, vel sanguis representat tanquam signum, carnem, & sanguinem Christi. **Dixi** *Præmissis*, quia inter S. Thomam, & alios Theologos sunt duæ opiniones de huiusmodi carne, aut sanguine mirabiliter apparente S. Thomas quod. lib. 3. artic. 2. c. in 4. d. 54. question. 2. artic. 2. cum neget virtute Dei fieri posse, vt idem numero corpus simul in duobus locis consistat, negat quoque in 3. p. q. 76. artic. 5. eam carnem, vel sanguinem ex diuino miraculo apparentem verè, & propriè esse Christi, sed denuo creatum à Deo. Alij verò Theologi, Scor. Ocham, Gabriel, Maior in 4. d. 10. quia concedunt virtute, & potestate diuina idem corpus posse simul duobus in locis consisti, pari etiã ratione fatentur eiusmodi carnem, & sanguinem non ad longa tempora durantem, esse verè, & propriè carnem, & sanguinem Christi, virtute diuina duobus simul in locis consistentem, in cælo nempe, & in Sacramento altaris, vbi præter morem apparet: tamen si necesse, non est, vt sanguis caro, & ad breue tempus conspicua, sit verè, & propriè caro, & sanguis Christi, cum caro, creata diuinitus esse queat: si fuerit verè caro, aut sanguis Christi, coli debet latria si tamen fuerit denuo diuinitus facta, alium cultum solum meretur, vt res sacra: & hæc opinio videtur mihi magis rationi, & veritati congruere.

Quarto queritur: Quidnam de cultu sacrarum imaginum Hæretici sentiant, & doceant, & quid Fides Catholica profiteatur? **Hæretici nostræ** tempestatis, Lutherani scilicet, & Caluiniſta, primò docent, vsum imaginum quarumlibet esse e medio tollendum, præsertim è templis, & publicis locis, quia populus, (vt illi calumniantur) ignarus ac rudis imagines pro Deo, & pro sanctis celestis patriæ ciuibus, quorum sunt ima-

gines, colit. Deinde, argumentantur, omnem imaginum vsum, esse primo præcepto Decalogi prohibitum, atque damnatum. Exodi 20. vbi legitur: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & que in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles. **Tertio**: aiunt olim Ecclesiam per trecentos ferè annos, tantummodo depingere cõsueuisse in Cœmeterijs, Templis, & alijs locis, historias aliquas veteris, & noui testamenti ad res gestas Patrum, & sanctorum hominum recolendas, & retinendas memoria, quia sicut in Scriptura diuina litterati, & peritiores præteritas legunt, sic in picturis tanquam in libris rudes, & ignari. **Quarto**, progressu temporis, aiunt esse introductas imagines Christi, Deiparæ, & sanctorum, non quidem, vt colerentur, sed vt essent ad memoriam rerum præteritarum, ad ornatum, & pulchritudinem templorum, & vt oblectarent animos intuentium, & eos moneant, & accenderent ad vitam, & mores componendos. **Postremò**, contendunt imagines Dei, & Angelorum nequaquam esse constituendas, quia spiritum picturæ, & imagines referre, & representare nequeunt. Hæc hodie Lutherani, & Caluiniſtae pugnacissimè docent, & tuentur, extincitū videlicet, & sepultam iam pridem Iconomachorum hæresim ab inferis reuocant. Nam paulò post annum ab ortu Christi DCX. Leo Hauricus 111. Iconomachus Imperator Constantinopolitanus, vt referunt Paulus Diaconus, & Zonaras in vita ipsius, bellum nefarium sacris Imaginibus indixit, easque è templis omnino tolli, & exuri iussit, cui successit paternæ impietatis hæres filius, Constantinus Quintus, Copronymus Imaginum etiam oppugnator, & euersor impudētissimus. Ab anno verò DCCC. imperarunt Constantinopoli Leo III. Armenius, Michael Balbus, & Theophilus, vt testatur Zonaras, qui suis editis imagines prius abolendas curarūt. Eodem tempore, Ludouico Pio Caroli Magni filio Occidentis Imperium tenente, vt refert Ionas Aurelianensis, lib. 2. de cultu imaginum, vixit Claudius Episcopus Taurinensis, Felcis Vrgeliani Episcopi discipulus, qui imagines omnes, & Cruces è templis suæ diocesis sustulit: hi omnes vsum sacrarum imaginum funditus sustulere; & ideo Iconomachi vocati, hoc est, Imaginum oppugnatores: eò quòd Iudæorum, & Mahometanorum sententiam secuti, calumniabantur Catholicos tanquam Idolorum cultores: quam hæresim, teste Nicophoro lib. 16. hyst. Eccles. cap. 27. Xenaias quidam tempore Zenonis Imperatoris persuadere contenderat. Hanc hæresim plenam impietatis, temeritatisque, damnauit 7. synodus Generalis, quæ est Nicæna secunda cõtra Iconomachos coacta, & Concilium 8. Generale can. 8. & synodus Romana sub Gregorio III. Episcoporum ferè mille, anno Domini DCCXXXIII. iuxta Siebertū, & alia Romana sub Stephano III. anno DCCXLVIII. eodem auctore Sieberto, cuius meminit Adrianus I. in libro de Imaginibus ad Carolum Magnum. Item, Synodus Gentriacensis, sub Ludouico Pio Caroli Magni filio, anno DCCXLVI. vt idem refert Siebertus, & narrat Aimoinus in Annalibus Francorum, libro quarto, cap. 67.

Rhagino, & Ado Viennensis in *Chronico*; & tãdem synodus Tridentina *sessio*. 25. vbi de Inuocatione, Veneratione, & Reliquijs sanctorum, & sacris Imaginibus ita definiuit: *Imagines porro Christi, Deiparae Virginis, & aliorum sanctorum in templis praesertim habendas, & retinendas, easque debium honorem, & venerationem impertiendam. Non quod credatur inesse aliqua in his diuinitas, vel virtus, propter quam sine colenda, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia sit in imaginibus figenda, veluti olim fiebat a Gentibus, quae in Idolis suam spem collocabant; sed quoniam honos qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illa representant. Ita vt per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos, quorum illa similitudinem gerunt, veneremur: id quod Conciliorum, praesertim verò secundae Nicenae synodi, decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum. Hæc synodus.*

Cæterum, Calvinistæ, & Lutherani sententiam Catholicam oppugnant: obijciunt enim Concilium Constantinopolitanum sub Leone III. Imperatore coactum, quod imagines non esse colendas, definiuit: synodum aliam Constantinopolitanam, sub Constantino Copronymo Imperatore: quod vtrumque refert Paulus Diaconus *lib. 21. & 22.* Concilium item, inquit, Francofordienſe damnauit 7. synodum, quæ imagines venerandas, & colendas decreuerat, vt narrat Ado Viennensis, Abbas Vipergeſis, Hincmarus, Auentinus, & Rhagino, & Aimoinus. Item, synodus Elbertina *can. 36.* definiuit non esse adorandas: idem colligitur ex Irinæo *lib. 1. cap. 24.* vbi ponit inter hæreses Carpocratæ, & Gnostiorum, quod haberent, coronarent, & colerent imaginem Christi, & Pauli, & ex Epiphano *heresi 79.* dicente hereticos esse, qui imaginem B. Virginis circūferunt: ex Ambrosio, qui in oratione de obitu Theodosij ait: *Helena Crucem inuenit, regem adorauit, nõ lignum vniuersum, qui est error Gentilium.* Hieronymo, qui *Daniel. 3.* ait: *Cultores Dei imagines adorare non debent.* Augustino, qui *lib. de moribus Ecclesie, cap. 34.* reprehendit sepulchrorum, & picturarum adoratores: item, obijciunt, quia serpentem æneum, à Mose factum, Ezechias Rex 4. Reg. 18. confringi iussit, eod quod à populo coli ceperat, præterea: opponunt Gregorium *lib. 7. epist. 53. & 109.* & *lib. 9. epist. 9.* vbi ait: *imagines non esse adorandas, & epist. 53.* dicit nos ante imaginem Christi, merito prosterni, illum tamen adorantes, quem per imaginem: aut natum, aut passum recordamur. Sed nihil hæc argumenta concludunt: quoniam Concilia citata: aut sunt penitus damnata, qualia sunt duo illa Concilia bula sub Leone III. & Constantino Copronymo Iconomachis: aut non habent certam, & Canonicam in Ecclesia auctoritatem: certè non docent id, quod Hæretici cõtendunt, eiusmodi sunt Francofordienſe, & Elbertinum, de quibus dicam inferius, & quatuor libri nomine Caroli Magni, editi contra sacras imagines. Patres verò producti solum docere volunt imagines nõ esse colendas pro Deo, sicut Gentiles Idola adorabant, & Iudæi æneum illi serpentem, paulò ante memoratum.

Quintũ queritur, An eodem cultu, & honore sint sacre imagines colendæ, quo sancti cæli ciues, quorum illæ typum, & figuram gerunt? Respondeo, quemadmodum paulò ante dixi, quosdam ita philosophari de cultu imaginũ sicut ele-

ctio, inquit, propriè eius est, quod est ad finem, ita vt in eo terminetur, tãquam in re obiecta, quæ eligitur, nihilominus tamè est etiam quodã modo finis; non quod finis eligatur, sed sit ratio, qua id, quod est ad finem, eligitur. Vnde electionem terminat id, quod est ad finem, quia est id, quod eligitur: finis vero non terminat, sed est ratio, qua aliud eligitur: vel est id, cuius gratia eligitur id, quod est ad finem. Contrã verò Intentio propriè est finis tãquam obiecti, in quod aliquis intendit: est verò eius, quod est ad finem, tanquã rei qua in finem intendimus, & proinde intentionem terminat finis, quia est id, in quod intendimus, id verò quod eligimus non terminat Intentionem, quia eo & per illud in finem intendimus. Eodem modo, inquit, cum sacram imaginem alicuius sancti in cælo regnãtis veneramur, honor, & cultus, aut potest terminari in sancto, quem imago refert, ac representat: aut potest terminari in ipsa imagine. Si terminetur in prototypo, & exemplari, ita vt illud exemplar sit id, quod terminat venerationem, & cultum, quia sit id, quod colitur, & honoratur: tunc talis est cultus, qualem postulat, & requirit exemplar, quod imago refert. Si sit imago Christi, est Latrã: si Deiparæ, Hyperdulix: si aliorũ sanctorum, cum Christo in cælo viuentiũ Dulix. Sed tunc propriè imago non est terminus cultus, & venerationis nostræ, quoniam eam non terminat vt id, quod colitur, & honoratur, sed est id quo, vel in quo, vel per quod colimus, & veneramur Christum, Deiparam, vel sanctos cū Christo cælum tenentes. Si verò cultus in imagine terminetur, ita, vt ipsa imago cultus, & venerationis sit terminus: Tunc, inquit, generaliter omnis imago honorari, & coli debet propter seipsam, quatenus est res quædam sacra, hoc est, sacris vñibus dedicata, videlicet ad referendum exemplar, sed is cultus, & honor Dulix est immo eo inferior, quoniã imago res quidem est vita, sensu, & ratione carens, sed sacra, hoc est, ad vñus sacras destinata, quia refert, & repræsentat rem viuam intelligentiam, & rationem, ac sanctitatem præditam, cuius imago similitudinem continet. Id verò eiusmodi probant exemplo: legatus Regis potest honorari eadè veneratione, qua Rex: sed tunc in legato Regem ipsum reueremur: quo modo etiã possumus legatum Regis alloqui, perinde ac si Regẽ ipsum alloqueremur. Sic enim in scripturis Angelus locũ Dei tenens loquebatur, perinde ac si ipse Deus loqueretur: Ego Dominus: Et homines cū Angelo loquebantur, ac si loqueretur cū Deo. Domine inquit, Moses, si inueni gratiã in cõspectu tuo. Potest itẽ legatus Regis honorari propter seipsam. Pari ratione, quælibet imago aliquid referens, & repræsentans duplici honore, & cultu digna est, & propter exemplar, quod refert, eodẽ scilicet cultu, quo id, cuius est imago: & alio honore propter seipsam, qui est cultus inferior eo, qui prototypo & exemplari deferretur, eã enim ex loco vili, & abiecto religiosè, & piè tollimus, honorificè tangimus, cõtrectamus, & mūdamus à puluere, & foribus, collocam⁹ in editiore loco, exosculamur, deniq; amplexamur, vt re quandã sacrã sanctis vñibus dedicatã. Si illis opponas: imago est res ratione, & intelligentiã vacans, ergo nullo cultu, & honore digna est. Itẽ, imago nõ colitur, nisi propter

exemplar, quod refert, ergo per se ipsam, vel propter se ipsam non honoratur, ac proinde duplici honore, & veneratione non colitur sed vno, videlicet propter exemplar. Respondent, imaginem, vt sacris vñibus dicatam esse rem sacram, & ideo honore, & cultu dignam per se ipsam, vt res sacra est, ac vt colitur eodem honore, quo exemplar, est id, in quo exemplar veneratur. Mihi tamen hæc non omnino, licet verosimilia putem, probantur: nullum enim cultum, & venerationem imago meretur propter se ipsam, sed propter id, quod repræsentat. Quare Imaginem, meo iudicio, vno tantummodo cultu, & honore dignamur, & eum ipsi tribuimus propter rem, cuius est effigies, & similitudo. Is verò cultus, vel est latricus si imaginem Christi colamus: vel Hyperdulæ, si sit imago Deiparæ: vel Dulæ, si sanctorum in cælo habitantium imagines veneremur.

Quæres, in quonam vltimo is cultus terminetur, & sistat? Respondeo, in prototipo, & exemplari. Quæres etiam, an in imagine quoque terminetur? Respondeo, imaginem esse sua quoque ratione terminum: nam sacram imaginem verè, & re ipsa exosculamur, amplectimur, honorificò tangimus, & tractamus, coram ipsa caput aperimus, genu flectimus, corpus inclinamus, procumbimus, eam salutamus. Hi religiosi sunt cultus, & honores, quos imagini damus ex religioso animi, & voluntatis affectu, per quem imaginem cum exemplari non re, sed cogitatione coniungimus, & sicut purpuram Regis honoramus cum Rege ipso re coniunctam, sic imaginem cum suo exemplari: non igitur imago est id, in quo cultus vltimò quiescit, & sistit, sed per quod cultus in prototypum trahit, & quo cultus ad exemplar ipsum traducitur. Nam synodus Tridentina sessione 25. definit sacris imaginibus debitum cultum, & venerationem impartiri, quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant: ita vt per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos cum Christo regnantes, quorum illæ similitudinem gerunt. Et idem prorsus habetur 7. Synodo generali *Act. 3. & 4.* Et propterea *Actione 7.* statuitur Crucem, & imaginem Christi, non Latria coli, sed inferiore cultu: inferiorem cultum appellat eum, qui imagini datur, quoniam Crux, & imago non est id, in quo cultus latriæ vltimò sistit, id enim est Christus, sed est in quo, & quo, & per quod, & cū quo vna Christum veneramus, & colimus. Exosculor imaginem S. Petri, eam saluto, coram ipsa genu flecto, eam amplector, quia eam cum Petro cogitatione coniungo, ac si Petri ipsum exoscularer, amplecterer, salutarem, quia in sua imagine cogitatione, & repræsentatione contentum osculor, amplector, saluto.

Sextò quæritur, An Exod. 20. illis verbis: *Non facies tibi sculptile, &c.* Sit interdictus omnium imaginum cultus? Hæretici enim, Lutherani, & Calviniani contendunt penitus esse prohibitum: inter Catholicos autem, sunt duæ opiniones: prima est dicentium, illis verbis fuisse quidem eum Iudæis interdictum, propterea quod erant ad Idololatriam propensi, Christianis verò minimè: quoniam non est iuris naturalis præceptum, sed

iuris diuini scripti, quod Christi morte abrogatum cessauit, quemadmodum & cætera præcepta, quæ iudicialia, & Ceremonialia vocantur: ita videntur sentire Alex. p. 3. q. 30. memb. 3. ar. 3. s. 1. Alber. 3. d. 9. art. 4. Bonau. 3. d. 9. ar. 1. q. 2. ad 1. Richard. 3. d. 9. art. 2. q. 2. ad 1. Palud. 3. d. 9. q. 1. ar. 2. Marfil. 3. q. 8. a. 2. ad 2. obiectionem contra 3. conclusionem. Henric. quodl. 10. q. 6. Secunda opinio hanc legem, ait, iuris naturalis esse, & nunc eam nos quoque tenere: quia omnia præcepta Decalogi sunt iuris naturalis. Sententiam verò præcepti huius esse, vt nulla imago, etiam veri Dei pro Deo colatur, ac si in ea re ipsa numen, aut diuinitas aliqua, aut virtus, & potestas inesser. Item, vt nulla imago siue effigies inanum deorum, & salforum honoretur Gentilium more, & proinde nõ sequi, vt imagines Dei, & sanctorum, propter id, quod referunt, coli non debeant: ita Beda in lib. de templo Salomonis c. 19. Lyranus, Cai. Exod. 20. v. Val. rom. 3. c. 152. Castrus aduersus hæreses, Verbo, imago. Ipse tamen in primam sententiam libentius inclinat. Vt enim tertium Decalogi præceptum: Sabbata sanctifices, continet aliquid, quod est iuris naturalis, & aliquid, quod est iuris diuini scripti: ita etiam primum mandatum partim constat ex iure naturali, nimirum: Non coles deos alienos; partim ex iure diuino scripto: Non facies tibi sculptile, hoc est, nullam statuam aut imaginem ad colendam facies etiam veri Dei.

Septimò quæritur, An in vetere Iudæorum populo aliqua imagines colerentur? Quidam arbitrantur, quas Exod. 25. iussit Deus fieri imagines Cherubinorum super Arcam fœderis, coluisse Iudæos, vt testantur Beda in lib. de templ. Salomonis, cap. 19. & Damascen. lib. 4. de fide Orisbo, c. 17. & Numerorum cap. 21. Deus præcepit serpentem æneum in eminenti loco constitui, in quem omnes Israelitæ à serpentibus ignitis percussis conuercentes oculos, sanaretur ab eorum moribus venenatis. 3. Reg. 6. & 7. depicti sunt Cherubini in templo, & constitutæ imagines bouum, leonum, & aliorum animalium sacrum aliquid referentium. Matth. quoque 22. constat Iudæos fuisse vfos numismate, in quo erat depicta Cæsaris effigies. Item. Exod. 31. & 35. probata est à Deo ars pingendi, & sculptendi: dedit enim spiritum suum, & sapientiam duobus viris, Beseleel, & Ooliab, vt multa pingent, & sculperent, quæ tabernaculum ornarent atque decorarent. Mihi tamen nullus videtur apud Iudæos fuisse cultus Imaginum, sed fidei tantum picturæ, & sculpturæ: tum ob ornatum, & pulchritudinem tabernaculi, vel templi: tum ob memoriam aliarum rerum, & ad Dei ipsius maiestatem, & gloriam magis declarandam. Nec enim puto Cherubinos fuisse ideo depictos sculptosque, vt colerentur, sed ob eam rationem, quam dixi, scilicet ob ornatum, & pulchritudinem tabernaculi, vel templi, & ad Dei maiestatem plenius ostendendam. Nec item illi Cherubini (vt hoc obiter tangam) erant effigies, vna quidè, quæ puerum referret, altera, quæ puellæ similitudinem gereret, quod sensere nonnulli sequuti Rabbinos: nec diuersorum animalium, quatuor capita & quatuor facies habentiu: sed fortassis erant effigies, in quatuor diuersis corporis partibus, similitudinem gerentes quatuor animalium: ita vt haberet manus, & faciem hominis, pectore vero

referrent

referrent Leoninas iugas: cōstarent, & quatuor alis aquilaram, quarum duabus volare videbantur, & duabus certam sui corporis partem contēgerat; crura verò, & pedes, bouinis pedes, & crura representabant. Serpens æneus præterea nequaquam est diuino iussu in altum sublatus, ut coleretur à Iudæis, sed ut conspiceretur à cunctis, cuius conspectus à serpentinis eos moribus curaret Quamquam Cathar. in tracta, de adorati. Imaginum. cap. 2. & Sanderus libr. 1. de imaginib. cap. 3. putant eum fuisse propositū, ut coleretur à populo, quod probat auctoritate Bedæ loco citato, & Tertulliani lib. de idololatri. cap. 5. & Augusti. lib. 3. de Trinit. ca. 10. Ceterum Patres solum docent apud Iudæos fuisse imagines, & picturas, non tamen aiunt, eas solitas coli. Et lib. 3. Regum 6. & 7. constituta sunt bouum, & leonum imagines ad ornatum, & decorem templi, non ad cultum, & venerationem rei alicuius sacrae, quam referrent, quo etiam modo in Principum aulis, & Regum palatijs depingi solent. Porro in numismate descripta erat Cæsaris effigies, tanquam probatæ monetæ signum, non ut imago, quæ coleretur: quod ipsum in nostra etiam monetæ obseruare licet. Denique, duobus illis artificibus perhibet Moyses datum esse spiritum Dei, ut multa depingerent, sculperent, & celerent ad ornatum, & decorem tabernaculi.

Cap. VII.

Alia quæstiones de cultu, & veneratione sacrarum imaginum dissoluntur.

Primo queritur, An iure optimo in templis, & alijs in locis publicis imagines depingantur. Caluinus hæresiarcha, impius Iconomachorum asseda, non solum negat imagines rite in templis effingi, sed etiam inhiat primis Ecclesiæ quingentis, aut saltem trecentis annis vllum fuisse vsum collocandarum imaginum in sacris ædibus, & in templis Christianorum. Quia in concilio inquit, Elibertino can. 36. sancitum est: *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.* Et Epiphanius in Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum ait, contra scripturæ auctoritatem esse, quod in Ecclesia pendeat imago hominis. Et loqui videtur de imagine alicuius hominis in sanctorum numerum relati. Adrianus quoque Imperator, teste Lampridio in vita Alexandri Imperatoris, in gratiam Christianorum templum iussit extrui sine simulacris, sine imaginibus. Augustinus etiam in Epistola 59. scribit in templis Christianorum esse quidem vasa aurea, & argentea, sed non talia, quæ os habeant, & non loquantur. Ioan. vlt. Ioannes, non solum præcipit, ut abstineamus, siue custodiamus nos à cultu simulacrorum, sed etiam ab ipsis simulacris; appellat aurem Caluinus imagines sanctorum, Idola, & simulachra. Postremo, quia fieri, inquit, non potest, ut imagines in templis, & locis editis, ac publicis honorifice ponantur, quin etiam colantur, & adorentur, ut Deus.

Sed multa profecto hic commiscet, & confundit Caluinus: nam apertissime ex Ecclesiasticis historijs constat iam inde ab Apostolorum tem-

poribus, depictas fuisse in templis imagines in tabellis, in velis, vasis, cubilibus, & alijs publicis in locis. Extat Roma Cœmeteria antiqua, in quibus erant propemodum innumera picturæ rerū gestarum, tum veteris Testamenti, tum Noui. Unde 7. Synodus Generalis Actio. 3. & 4. multis veterum Patrum testimonijs, & antiquis historijs, & recepta ab Ecclesia traditione ab Apostolorum vsque temporibus deducta cōprobauit vsum sacrarum imaginum in templis, ob immortalitatem rerum præteritarum, ob imitationem, & exemplū, & ob rudium institutionem: atque ob id etiam in veteri Hebræorum populo Cherubinos depictos esse in Tabernaculo, & templo Salomonis legitimus. Falsum quoque est, quod Caluinus docet, in sacris voluminibus, aut Ecclesiasticis scriptoribus idem esse Idolum, & simulacrum, quod est imago. Idola enim, & simulacra, sacrae pagine, & auctores Ecclesiastici nequaquam appellant imagines, sed figuras, & effigies, quæ pro dijs colebantur, aut figuras inanum deorū, quas stulti, & impij Pagani colebant, & venerabantur. Calumnia quoque Caluini est intolerabilis sanè, dignaque poenis debitis, eos, qui sanctorum imagines honorant, & colunt, id facere, quod Pagani idolorum cultores faciebant: quia Pagani, inquit, Idolis cultum non deferebant propter ipsa, sed propter exemplar representatum in ipsis. At profecto Pagani Idola reuerabantur pro Deo, putantes numen aliquod, diuinitatem, aut virtutem ipsa verè in ipsis inesse, cum putarent res mirabiles ad idolorum præsentiam effici, & se cōsultantibus oracula, & responsa reddere. Neque verò tollendus est, aut reprehendus sacrarum imaginum vsum, quod vnus, aut alter erret in earum cultu, & veneratione: sed Christianis institutis imbuendi, & informandi sunt rudes, & ignari, ne errent in eo: videlicet ne eas colant, ac si in ipsis quippiam diuinum, & efficax lateret, neque propter ipsas, aut ratione materiae, figuræ, aut colorum, sed propter ea, quæ illæ referunt, & representant, quia earum honor, & cultus ad prototypum, & exemplar referuntur. ad id verò, quod obiectum est ex concilio Elibertino, non est, quod dicamus, ut quidam Catholici respondent, patres in eo concilio conuocatos errasse: nam certè patres illi non veterunt simpliciter, ne imagines pingerentur in Templis, sed ne pingerentur in parietibus Temporum, & hoc quidem, quia solent imagines in parietibus depictæ deformari cursu temporis: immo tectorio exuto crustis id, quod est in pariete depictum, foedari solet. Ad auctoritatem Epiphani, respondeo, eum prohibuisse, quominus in templo profani hominis imago coleretur, & hoc dixit esse contra scripturam. Ad aliud ex vita Adriani desumptum respondeo, templum fuisse extructum sine idolis, & simulacris gentilijs, non sine imaginibus Christianorum. Ad Augustinum respondeo, eum solum improbare idola, & simulachra, quæ gentiles pro Dijs colebant; ac si in eis diuinitas, vel numen inesset re ipsa.

Secundo queritur, An citra errorem, Angeli depingantur in Templis, & alijs locis? Hæretici pernegant, ea ratione, quod spiritus villo colore, & figura exprimi nequeat. Sic enim rudis, & ignara plebs eos putat esse corporeos, pulchra facie,

& vultu

& vultu decoros, & per aera instar auium, (cum alati depingantur) huc illucque volitantes. **Respondeo**, in Synodo quidem 7. Generale, *Actione* 4. & 5. olim disputatum fuisse rectenē Angeli pingentur: sed communi Patrum consensu receptum est, sine errore depingi: *Actione* verò 7. definitam est, retinendum esse vsum Angelos depingendi, cuius rei ratio vtrouque redditur: Quia saepe visi sunt, aiunt Patres ibi, in humana specie. Porro, quod ad plebem rudem, & indoctam attinet; institui, & informari debet, Angelos figurari, & depingi, non quod reuera Angeli figura, & coloribus consistat, sed quod se (vti paulò ante ex Concilij admonui) in corporibus humanis videndos nobis exhibeant: eos iuvenes effingi nò quia tales verè sint, sed vt exprimat eorum vita perpetua, & aetas, quæ nullo vnquam tempore senescit, & canescit, semper autem virens, ac florens, vigenque, eis alas affingi, non quod illis præditi sint, sed quod sint Dei, à quo mittuntur, promptissimi interpretes, & nuncij, quodq; omnia eius mandata, quam celerrimè exequantur, & obest, & nostram salutem cuius sunt audiffimi, vlla sine mora omni tempore promouendam curent. Depingi item Angelos indutos candidis vestibus, potius quam purpureis, quia candor significat eorum innocentiam, integritatem, & munditiam: vt eos agnoscamus innocentia, & puritate, & integra, ac sincera vitæ amatores.

Terzio quaeritur, An interdicti debeat, ne pingantur imagines Dei, Trinitatis, Personarum Diuinarum? **Item**, ne Christus pingatur in figura agni? **Respondeo**, esse retinendas imagines, quas vltus Ecclesie approbavit: nouas verò, & quas magis pictorum, & sculptorum ars depingit, & fingit, quam vltus, & traditio Ecclesie, suspectas esse debere. Spiritus sanctus, in specie columbae, aut flammearum linguarum rectè depingitur: Aeternus item Dei filius in figura corporea humana. Nec probo eam Catholicorum sententiam, qui censent non decere villo modo Trinitati, aut Patri aeterno, aut Spiritui sancto figuram, vel imaginem affingere: Nam reuera vltus Ecclesie prædictas imagines approbavit: nec Synodus item 7. *Actione* 5. aut Epistola Adriani in ea Synodo *Act. 2.* recitata eas damnauit, vel improbauit. Nec item damnari debet imago, qua Pater caelestis depingitur senex torus capite cano, & Christus Cruci affixus in eius pectore consistens: & Spiritus sanctus in specie columbae: nam Daniel. 7. visus est Antiquus dierum sedens, canis capillis. Et Psal. 109. dicitur: *Ex vltro ante Luciferum genui te.* Depingimus ergo Deum in figura humana, non quod figura, & coloribus cõstet, sed quod in ea figura vltus sit Genes. 3. & alibi.

Si quaeras, An Christus depingi iure queat in figura agni. Quidam Catholici sentiunt, hanc Christi Domini imaginem improbari in synodo 7. Generali *canone* 82. & in Epistola Adriani ad *Tharajum Patriarcham Constantinopolitanum*, recitata in Synodo 7. *Actione* 2. **Respondeo**, non esse, cur damnemus illum Canonem 82. quoniam non damnat imaginem Christi in figura agni; sed solum constituit, vt Christus depingatur in figura humana potius, quam in figura agni quia in vetere populo adumbratus est in agno Paschali; sed vmbra,

& figura cedat veritati. Ex dictis perspicuum est, quid Fides Catholica contra Hereticos de veneratione, & cultu imaginū sentiat, credat, & proficiatur: quid item sit in Theologorum opinione constitutum. Nam primò credit Ecclesia vtile esse, sacras imagines Christi, Deiparæ, Angelorum, & Sanctorum hominum in caelo regnantium animo, quamuis non corpore, & in templis, & alijs publicis locis depingi, & multa inde commoda percipi. **Deinde**, eas non solum retineri ob memoriam earum rerum, quas referunt, sed verè esse honorandas, & colendas; quia eas honorificè, & religiosè exofculamur, amplectimur, salutamus, coram eis genua flectimus, caput aperimus, corpus inclinamus, ex religioso voluntatis affectu, quo ad prototypum, & exemplar animum attendimus, & honorem ipsum, & cultum referimus. **Præterea**, eas non coli, & adorari pro Deo, ac si vlla in eis diuinitas, aut virtus esset, & delitesceret: in eis spem, & fiduciam non poni: eis sacrificia non offerri: quæ omnia Genes insanae Idolis, ac simulachris deferebant: **præterea**, totum honorem, cultum eis deferri in Ecclesia non propter ipsas, sed propter id, cuius typum gerunt, & continent, & totum ad prototypum referri.

At verò adhuc sub lite Theologorum est, an imagines vno tantum, & eodem honore, & cultu coli verè, & propriè debeant, quo exemplaria, an verò duplici cultu, & honore, vno quidem, qui in exemplari terminetur, & sistat, & hic cultus sit idem, qui ipsi exemplari tribuitur: altero verò, qui in ipsis imaginibus, vt in rebus sacris, hoc est, ad vltus sacros destinatis terminetur, & sit hic cultus inferior eo, qui exemplari deferretur. **Item**, An primo Decalogi præcepto fuerit Iudæis omnis imaginum cultus interdictus iure naturali, an iure tantum diuino scripto. **Item**, an Cherubini fuerint in tabernaculo, & templo depicti, vt colerentur à Iudæis, an verò tantum, vt ornarent & vt referret, ac repræsenterent per Analogiam quãdam aliquid, quod est Angelorum proprium. **Postremò**, an satius sit nullam imaginum depingere Trinitatis, aut personarum diuinarum, nisi filij Dei in natura, & figura humana apparentia. **Quæ** seruanda sint in sacris imaginibus effingendis, decernit synodus Tridentina *sessione* 25. nimirum: vt nulla imago insolita, aut noua ponatur in loco sacro, aut templo, nisi ab Episcopo approbata fuerit: **Deinde**, vt in Imaginibus depingendis nihil fallum, nihil profanum, nihil in honestum, nihil præpostere, nihil non rectè, atque ordine adhibeatur. Illud in primis caueat Episcopus, ne quid pingatur, aut sculpatur, quod scripturarum veritatis, aut Traditionibus, vel historijs Ecclesiasticis aduersetur: ne item cuius lectio prohibetur, eius Imago populo proponatur.

Quarto quaeritur, Quia poena sit animaduertendum in eos, qui Sanctorum in caelo viventium imagines conculcant, aut Christi Cruces deiciunt, confringunt, verberant, huc & illuc ignominiosè trahunt, proterunt, aut qualibet alia ratione conspurcant, sputis foedant, aut etiam maledictis proscindunt, & lacerant? **Respondeo**, crimen esse missi fori, quoniam in huiusmodi reos: tum Iudices faculares, tum Ecclesiastici,

& Fidei Inquisitores inquirere, & animaduertere queunt. Nam ut dicitur in I. Manichæos. C. De Hæreticis: *quod in religionem diuinam committitur, in omnia fertur iniuriam.* Vnde, ut teste Simanca de Catholi. *lib. 1. tit. 33. num. 17.* docent Ioannes Anania, Felius, & Hippolytus, sacrilegi, & nefarii huiusmodi contemptores Sanctorum possunt à Fidei Inquisitoribus puniri tanquam ob hæresim suspecti. *Contra hoc crimen*, non est in iure certa poena constituta: Iudices ciuiles, seu sæculares punire solent arbitraria poena: Et ut ait Angelus, Si iniuria sit grauis, reus potest capitis poena mulcari, aliquando manus amputatione, aliquando exilio, aliquando verberibus. Iniuria enim facta Sacris imaginibus, aut statuis, sit penitus ijs, quos illæ repræsentant.

Quintò queritur, Cur Deiparam latræ ueneratione non colimus, si quidem filium suum sæpè tetigit, & quæ Christum Dominum tetigerunt latræ honore colimus? Item, cur imago Christi latræ honore, & ueneratione colitur, & non Deipara; siquidem magis est Deipara cum Christo Domino coniuncta, quam Crux, vel imago Christi? Insuper eodem honore colitur mater regis, quo rex. Præterea teste Damasceno *lib. 4. de fide Orthodo. c. 15.* honor matris refertur ad filium. Respondendo, cum S. Thoma *par. 3. q. 25. art. 5.* Deiparam non esse latræ honore colendam, quia licet filii suum tetigerit, licet sit mater Dei, licet cum filio coniungatur, licet propter filium honoretur, semper est propria quadam excellentia dignitatis, & uitæ sanctitatis prædita, ratione cuius eximia Dulæ, non Latræ cultum meretur. Atque hæc quidem de imaginibus: nunc de sacris Reliquijs est mihi breuiter differendum.

Cap. VIII.

De Colendis, & honorandis sacris Reliquijs Sanctorum in calo regnantium.

Queritur in primis, quid nomine Reliquiarum sacrarum intelligamus? Respondendo, intelligere nos sanctorum cæli ciuium corpora, quasi libet eisdem corporum particulas, capillos, ossa, carnes, dentes, cineres, pulueres, vestes, & alia quibus ipsi vti sunt, dum in hac terra uiuerent; ea item vela, pannos, & cætera, quæ ad eorum ossa, aut corpora admoventur, vel quæ ipsos tetigerunt, vel ad ipsos pertinent.

Secundò queritur, An sit genus superstitionis, Sanctorum cæli incolarum Reliquias venerari? Respondendo, hanc fuisse hæresim Vigilantij Barcinonensis, quam Hieronymus egregie confutauit: quam & hæresim Eunomius in Ecclesiam primus inuexisse fertur, aut sicut alij testantur Eustathius Sebastienensis, in Concilio Gangrensi damnatus, postea vero, Leo I. lauricus, Constantinus Copronymus Imperatores Constantinopolitani, omnes Reliquias è medio sustulerunt: easdem è templis exclusit Claudius Taurinensis Episcopus, ut constat ex Iona Aurelianensi *lib. 1. de cultu Imaginum.* Eandem hæresim septima olim Synodo Generali damnatam, & iam pridem sepultam, & extinctam, suscitauit Ioannes Wiclef: quem

fortiter admodum, ac strenuè, & constanter oppugnavit Thomas Waldensis. Lutherani tamen, & Calvinistæ nostra tempestate eam tuendam, & propugnandam, quo solent ausu nefario post tot sæcula suscipere. Verùm contra dogmatistas istos nefarios, impios, & temerarios, Synodus Tridentina Sessione 25. definiuit, *Sanctorum quoque Martyrum, & aliorum cum Christo uiuentium sancta corpora, quæ uita membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam uitam suscitanda, & glorificanda, à fidelibus ueneranda esse, per quæ multa beneficia à Deo hominibus prestantur.* Ita ut affirmantes Sanctorum Reliquijs uenerationem atque honorem non debent, vel eas, aliæque sacra monumenta à fidelibus inuoluntate honorari, atque colere, *opis impetranda causa Sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnandos esse, prout eos iam pridem damnauit, & nunc damnat Ecclesia.* Sic ibi. Olim damnata est hæc hæresis in Synod. septima. actio. 7. Concilio Africæ. quinto *con. 14.* Barcar. 3. *can. 5.* Epauenen. *can. 25.* Mogun. sub Caroli Magno. *can. 51.* Lateranen. sub Innocent. tertio *c. 62.*

At enim isti obijciunt Hæretici; Magnum imminere periculum superstitionis, impietatis, ac Idololatriæ, ex eo quod rudes & ignari corpora, & Reliquias Sanctorum uenerantur. Deinde, quia Matth. 23. Iudæi reprehenduntur à Domino, quòd sepulchra Prophetarum ornarent. In tumulis item, nec Sanctorum animæ, nec corpora requiescunt, sed cineres ac pulueres soli. Præterea, teste Scriptura, Deus Mosi corpus abscondit, ne Iudæi uidelicet illud uenerentur, & colerent. Insuper, magna Reliquiarum pars supposititia est; item non rarò cõtingit, ut pro Reliquijs Sanctorum ossa latronum ac perditorum hominum, vel etiam animalium rationis experti colantur. Vnde Augustinus, *lib. de opere Monachorum ca. 28.* cum dixisset quosdam Monachos, corpora, vel ossa Martyrum circumferre, & uenditare, subiunxit: *Si tamen Martyrum. S. Martinus, teste Seuero in uita eius, altare, quod in honorem Martyris extructum fuerat, cum ossa, & reliquias cuiusdam latronis esse deprehendisset, submoueri iussit. S. Gregor. ait libro tertio, Epistol. 30.* Græcos quosdam monachos deprehentos, confessos fuisse se ossa quædam in Græciâ pro Reliquijs portaturos. S. Greg. Turonen. *lib. 9. ca. 6. de histor. Francorum,* meminit cuiusdam impostoris, qui colobio indutus, & Crucis deferens prædicabat, se de Hispania aduentare cum Reliquijs Martyrum Vincentij, & Foelicis. Tam multæ ite vnus, & eiusdem Sancti Reliquiæ esse feruntur, ut necesse sit eiusdem hominis fuisse multa capita, manus, vel brachia plura, quæ duo, aut certè multas esse Reliquias adulterinas. Postremo, nullum extat Christi, aut Apostolorum institutum de Sanctorum Reliquijs honorandis.

Cæterum hæc, & alia Hæreticorum argumenta nihil prorsus efficiunt. Primum enim si aliquis replevit error, vel abusus in Sactarum Reliquiarum cultu, is corrigi debet, non autem idcirco damnari uisus, quo Reliquiæ Sactarum cum Christo regnantium coluntur. Quod si item rudes, & ignara plebs occasionem arripit superstitionis, impietatis, & idololatriæ, institui, & informari debet de modo, & ratione eas sine superstitione, & errore uenerandi, quippe tale genus hominum ueris rerum opinionibus imbui,

non à communi vsu, & more per tot iam secula in Ecclesia recepto, confirmato, corroboratoque auocari, & abduci oportet. Falsum item est, & plenum calumniae, quod isti fidei, & Religionis desertores asserere non verentur; adulterinas, & surreptitias Reliquias pro veris, & legitimis honorari, & coli in Ecclesia Dei. Fatemur quidem nos id, quod ex cap. primo, De Reliquijs, & *venerazione Sanctorum*, & ex Augustino, & Severo in *vita sancti Martini* traditur, aliquando cōtingere, vt pro Sanctorum Reliquijs, ossa, vel corpora impiorum, & perditorum hominum habeantur, & honorentur: sed id locum habere dicimus, cum Reliquia priuata, non publica auctoritate exponuntur. Augustinus verò lib. de opere Monachorum, capite 28. cum ait, esse Monachos quosdam qui huc, & illuc vagantur circumuehentes provincias, & esse alios, qui membra Martyrum, (si tamen Martyrum, inquit,) vendunt: solum loquitur de ijs Reliquijs, quas priuatim multi exhibebant, non de ijs, quae publica auctoritate Romani Pontificis, vel Episcopi exponuntur in Ecclesia ad earum venerationem, & cultum. Ineptissime item arguunt Hæretici, obijciuntque Catholicis, plura esse capita eiusdem sancti, qui colitur, eò quod diuersis in locis sint diuersæ Martyrum paritulae, multæ ciuitates, ac populi affirmant atque adeo gloriantur, apud se requiescere hos, aut illos Martyres: Nam ex quo Reliquia cœperunt ex vno loco in alium trāsferrī, introductum est, vt plurimæ ciuitates affirmare non dubitent, se certi cuiusdam sancti caput habere, vel brachiū, vel corpus etiam venerabile, quia scilicet habent certam aliquam particulam capitū, manus, brachij, vel corporis eius Sancti.

Tertiò quæritur, An omni superstitione careat Ecclesiæ ritus cereos, aut lampades accendendi ad sepulturā Sanctorum? Hæretici pugnantiter contendunt huiusmodi ritum superstitionem esse, & ideo persequere conantur talem ritum è medio esse tollendum, propterea quod in Concilio Elibertino canon. 34. sancitum sit: Cereos per diem plucis in Cœmeterio non incendi. Inquietandi enim Sanctorum Spiritus non sunt. Quis hoc non obseruauerint, arceantur ab Ecclesia communionē. Et Augustinus improbat sepulchrorum adoratores: lib. primo, de moribus Ecclesiæ, cap. 34. ait, noni multos esse sepulchrorū, & picturarum adoratores, quos cum alijs multis in eo loco reprehendit. Hieronymus verò contra Vigilantium testatur Idololatriam esse, cereos accendere; in *tumulis Sanctorum cereos clara luce, non accendimus*, ait ibi Hieronymus sicut frustra calumniaris, sed vt noctis tenebras, hoc solatio temperemus, & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiā, & simplicitatem secularium hominum, vel certè religiosarum feminarum, de quibus dicere possumus verè confiteor, Dei zelum habent, sed non secundam scientiam: hoc pro honore Martyrum faciunt: quid inde perdis?

Enimuerò, cum ritum cereos, aut lampades accendendi ad monumenta Martyrum, more esse antiquissimo in Ecclesia receptum, manifestum est ex Augustino, libro octauo de ciuitate, capite vltimo, & in libro sexto Confessionum, in capite secundo, Fortunato in *vita S. Martini*, Hieronymo in *Epistola ad Riparium*, & Paulo Diacono de *gestu Longobardorum*, & ex Gregor. lib. tertio dialog. cap. 24. Quod autem Au-

gustinus improbat, & reprehendit sepulchrorum, & picturarū adoratores, ad eos pertinet, qui more Gentilium picturas colebant, & cereos, vel lampades in sepulchris quorumuis mortuorum: vel etiam in sepulchris Martyrum accendebant, eis thura adolebant, super ea luxuriose edebant, & bibebant: eis offerebant sacrificia, quoniam arbitrabantur eiusmodi luminibus Martyres illustrari. Elibertina synodus prohibet, quo minus cerei accendantur videlicet ritu, & more gentilium, qui putabāt, defunctorum corpora aliquid sentire, & clausa in tenebris, & sepulchris illuminari. Et cum dicit *inquietandi enim Spiritus Sanctorum non sunt*, perinde est, ac si diceret, Sanctos ipsos, vita functos gratum, & acceptum, non habere eiusmodi superstitionum ritum ex gentili errore profectum: vel Sanctos spiritus videlicet fidelium hominum adhuc in terris viuentium inquietari, hoc est, perturbari. Hieronymus verò non improbat morem eorum, qui in sepulchris Martyrum cereos, & lampades accendebant: sed solum significat, si accendebant, eò quod putent Martyrū spiritus illuminari, eos quidem zelum habere; at non secundum scientiam, quia Martyres lumine non indigent: sed quāuis non egeant gratum, & acceptum habent opus, quo cerei acceduntur. **Quæres** cuius rei gratia, his in locis lumina accendantur. Respondeo, ad significandum, lumine Fidei illustratos sanctos decessisse, & modo in superna patria gloriæ lumine splendere: Et vt nos item perfusi lumine diuino delectemur, & nostri animi lætitiā significemus.

Quartò quæritur, An sit superstitionum Sanctorum cineres, vel pulueres venerari, & colere? Hæretici, hoc etiam nomine Catholicos ridens, cum nihil ex Sanctis eiusmodi pulueres habeant ex eo tempore, quo eorum corpora sunt in cineres resoluta. Verum de antiquo etiam more eos Ecclesia venerat, quicquid isti impietatis cultores, & fautores crimententur. Gregorius Turonensis, in libro de gloria Martyrum, & *Cōfessorum*, refert multa miracula edita per pulueres Sanctorū collectos: & Nyssenus scribit in oratione in Theod. Martyrem. *Si quis puluerem, quo conditorum, vbi Martyris corpus quiescit, oblitum est, auferre pro munere puluis accipitur, atque tanquam res magni pretij condenda colligitur.* Ambrosius sermone 93. ait: *Cineres Martyrum esse honorandos.* Nec obstat, quod ossa, & corpora Martyrum in cineres, ac pulueres transferunt: nam in eis, vt dici solet à quibusdam, eorū materia permanet. Verum (vt ego quidem sentio) parum, aut nihil refert, maneat eorum materia proxima nec ne: quoniam cineres, & pulueres Martyrum veneramur, & colimus, quia honos, & cultus ad ipsos Martyres refertur, & quia Deus eos pulueres, & cineres voluit honorari, per quos videlicet efficit mirabilia: sicut etiam Sanctorum vestes, & alia, quæ eorum tactis corporibus passim miraculis coruscant, honoramus, non tam propter ipsa, quàm propter sanctos quorum ossa, membra, vel corpora aliquando tetigerunt, & quorū precibus, aut meritis Deus tot, ac tanta beneficia, & miracula per eiusmodi res mirabiliter præsitat, aut efficit.

Quintò quæritur, An ex scripturis constat, Reliquias Sanctorum honorari, & coli debere? Re-

spōndeo,

pondeo, confutare. Nam Act. 19. sacra historia de B. Paulo refert: *virtutesque non quasi libet faciebat Deus per manum Pauli: ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, vel semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.* Et Act. 5. ita ut in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Ecclesiastici 49. legitur: *Duodecim Prophetarum ossa puluerem de loco suo, non corroborauerunt Iacob & redemerunt se in fide virtutis.* Et postea de Ioseph dicitur: *Ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetarum caerant.* Deinde, 4. Regum 13. cadaver hominis cuiusdam, quod forte illarum in sepulchrum Helisei fuerat, eius tacto corpore subito reuixit. Item 4. Regum 2. pallio Elize in aquas Iordanis immisso, eas percussas huc atque illuc diuisas fuisse constat, ut Elize pariter, & Elizeo transiuntium præberent. Si igitur vestes, sudaria, semicinctia, si umbra Sanctorum hominum prius quam è vita migrarent, morbos depulerunt, viresque amissas restituere languentibus per eos ad Deum, confugiuntibus: Equis negare audeat cæteras Sanctorum Reliquias eadem mirabiliter efficere? Testes sunt Ambrosius Epistola vltima, ad sororem, & sermo. 91. & 92. & Augustinus libr. 22. de Ciuitate cap. 3. & Epistola. 139. fide dignissimi Scriptores, qui testantur vidisse se mirabiles res effectas ad sepulchra Martyrum, quas libenter hic commemorarem, si opus esset.

Sexto queritur, An quid superstitionis habeat is fidelium ritus, & mos, quo Sanctorum Reliquias collo dependentes deferunt? Angelus inuuit fas non esse eas hoc modo deferre: ad quod persuadendum, citat quædam capita, & Leges, quæ tamen meo iudicio, nihil per suadent. Multò verius est, quod tradidit S. Thomas secunda secundæ questione 96. art. 4. ad 3. pij. & religiosi hominis officium esse, eas ita deferre, dummodo tamen honorifice, & pie, ac religiose deferantur. Hoc idem contra Angelum Rosel. Syluest. Tabien. Armil. in verbo Reliquiæ, Nauar. in Man. ca. 11. num. 35. tradiderunt: & ante eos cum S. Tho. docuit Antoninus 3. part. tit. 12. c. 8. & in Concil. Bracharen. 3. ca. 5. solum reprehenduntur Episcopi, quia in celebratibus Martyrum Reliquias ad collum ligabant, & sinebant se in sellulis à Diaconis portari. Et ex historijs constat, viros aliquos sanctos eas portare consueuisse: Si queras, an qui eas deferendo aliquod peccatum ac non contra Reliquiarum cultum committit grauius delinquat, quam si non deferret. Certè, si peccando quippiam contra honorem eis debitum admiserit, grauius profecto delinquit, ut si eas turpiter, & obscenè contrahet: ac si eas deferendo peieret, mentiat, furetur, detrahat alteri, in quempiam maledicta conijciat, aut quid aliud simile peccet, non ob id grauiori se scelere obstringit.

Septimo queritur, Quid in Iure canonico constitutum sit de modo, quo Reliquiæ Sanctorum recondi, exponi, & populo fideli ad venerationem, & cultum exhiberi, transferri, & asseruari debent? Respondeo, eas in primis asseruari debere in loco honestissimo, in nitidis, & decoris vasculis; loculis item honorificis, capsulis, & arcibus. In cap. Auduimus de Reliquijs, & veneratione Sanctorum

statutum est: non licere alicuius Reliquias venerari tanquam Sancti, absq; auctoritate Romanæ Ecclesiæ. Deinde, in ca. Cum ex eo, De Reliquijs: ex Innocentio tertio, in Concilio Generali Lateranensi decernitur, ut antiquæ Reliquiæ extra capsam nullatenus ostendantur: Ne item exponantur venales, hoc est, Ne pretio aliquo vendantur, cū sint sacræ res. Præterea, ut nouas seu recens inuentas Reliquias nemo publicè venerari audeat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Insuper, Ne Prælati permittant eas, ad quas venerandas multi accedunt, quæstus gratia exponi, & ad cultum, & venerationem exhiberi. Quæstus gratia dicuntur Reliquiæ exponi ad cultum, & venerationem; quando populis ostenduntur, ut largiores erogent elemolynas. In Concilio quoque Tridentino, sess. 25. statuitur, *Nouæ Reliquiæ ne recipiantur, nisi Episcopo recognoscete, & approbate: qui simul atq; de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in concilium Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ venerationi, & pietati consuetaneè iudicauerit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua de his rebus grauior questio incidat; Episcopi antequam conuersionem dirimat, Metropolitanus, & comprouincialium Episcoporum in Concilio Prouinciali sententiam exerceat: ita tamen, ut nihil inconsulto sanctissimo Romano Pontifice, nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.* Hæc ibi: Oportet ergo, ut præmonui, Reliquias Sanctorum in locis quàm fieri potest honestissimis, & prænitidis, ac decoris vasculis, aut capsulis recondi, & asseruari: cum populo ostenduntur, lumina accendi debent; non sunt temerè omnium oculis exponendæ; nec ex loculis, & receptaculis, ubi conditæ sunt, educendæ, nec per laicos etiam cuiusuis ordinis, & dignitatis homines vlllo modo tractandæ, nec eorum manibus tangendæ, & atrectandæ. Nam teste Gregorio lib. 3. Epistola. 30. hoc sacrilegum est, ac minus propterea ferendū: nec debent Reliquiæ in Ecclesia reconditæ, è loco ubi asseruantur, ad ægros vlllo modo, sine iusta causa, exportari.

Octauo queritur, An liceat venerari Reliquias alicuius Sancti sine auctoritate Romani Pontificis? Respondeo, ex cap. 1. & 2. paulò ante citatis de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, non licere. Sed ea decreta locum habent, quando Reliquiæ sunt nouæ, & publicè exponuntur, & quando proponuntur tanquam Sancti alicuius. Ad hæc enim auctoritas Romani Pontificis requiritur, quoniam nullus tanquam Sanctus publicè coli potest, nisi in sanctorum sit numerum cooptatus: ac verò solius Romani Pontificis est, aliquem in sanctorum numerum referre. Reliquias tamen antiquas venerari licet etiam publicè, absq; nouæ Romani Pontificis auctoritate. Rursus si aliquæ Reliquiæ fuerint de nouo inuentæ alicuius, qui iam pridem fuerit Sanctorum Catalogo adscriptus, coli possunt etiam publicè, prius tamen eas recognoscete, & approbante Episcopo: atq; hoc Synodus Tridentina constituit loco citato. Præterea, si de antiquis Reliquijs dubitatio aliqua oriatur, Episcopus id facere debet, quod statuit Concilium Tridentinum, eo loco, quem ante citauimus in questione Superiori. Denique priuatim potest quis aliquem piè venerari pro Sancto, etiam Sanctorum numero nondum adscriptum, & proinde aliquid ipsius tanquam

Sylu. in vlt
bo. Reliq.
num. 1.

Reliquias honorare, & colere. Si roges, Quid si vir pius, & religiosus fide dignus mihi tradiderit Reliquias alicuius Sancti, licebit ne mihi eas pro Reliquijs venerari? Respondeo, priuatim id licere, quia tanto viro fides est habenda; at verò publice nequeat exponi, nisi Episcopo eas primum recognoscente, & approbante.

Nonò quæritur, An sit sacrilegium, ex loco publico, & sacro, in quo Reliquiæ sanctorum requiescunt aliquid priuatim extrahere, & sibi sumere, aut alio transferre? Archidiaconus, de consecratione Distinctione prima, cap. Corpora, censet, eum hominem sacrilegium committere, & sacrilegij poenam incurrere. Nam in eo cap. dicitur: corpora Sanctorum de loco ad locum, nullus transferre presumat, sine consilio Principis, vel Episcoporum sanctaque Synodali licentia. Sic ibi. Si tamen quis facultate Episcopi, vel eius, cui Ecclesia commissa est, Reliquias, aut earum particulas extulerit, non mihi videtur sacrilegij crimen admittere, quod videtur colligi ex cap. Quisquis s. Si quis domum, 17. q. 4. Quod autem statuitur in cap. Corpora, de Consecratione Distinctione prima, locum habet in eo, qui furim Reliquias effert & alio deportat: non autem in eo, qui facultate, siue auctoritate vel consensu eius Ecclesiastici Præfecti, cui Reliquiarum locus sacer, vnà cum ipsis reliquijs commissus est, id facit. Quid verò sit dicendum de ijs, qui ex vrbe sacras Reliquias efferunt, & aliò deportant, sequenti questione explicabo.

Decimò quæritur, An in excommunicationem incidat, qui reliquias Sanctorum ex loco sacro in quo recòditæ, aut positæ sunt, furatur? Respondeo, in cap. Quisquis s. Si quis domum, 17. q. 4. esse constitutum: si quis Domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius, cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit: donec in conuentu aduentum legitime satisfaciatur, scias se communiõne priuatim. Si verò post secundam, & tertiam conuentionem coram Episcopo satisfacere recusauerit, nemini fidelium miscatur. Hæc ibi: Ex quibus verbis deducit Syluester, eum hominem, ante quamlibet admonitionem, excommunicationem minorem contrahere, donec satisfaciatur, hoc est, nisi prius satisfecerit, non posse Sacramentum altaris suscipere: ter verò admonitum, nisi satisfecerit, esse excommunicatione maiore mulcendum. Annotandum est hoc, propter eos, qui efferunt Sacras Reliquias, vt aliò deportent, Romæ ex cœmisterijs, & alijs locis sacris, vbi Martyrum ossa, membra, vel corpora requiescunt, occultè abique facultate Generali, vel speciali, expressa, vel tacita Romani Pontificis, vel Vicarij, vel eius, cui est sacer locus commissus, & data facultas, qua possit alijs sacras Reliquias dare. Possunt tamen certorum ordinu Religiosorum Patres, aut Fratres, Reliquias extra Urbem mittere, ad eas in altaribus, quæ consecrantur collocandas, immo solent Pontifices cõcedere religiosis ordinibus, vt quas Religiosi eorum ordinum ab amicis, & studiosis ordinum hominibus impetrauerint, acceperint, habuerint, liberè queant extra Urbem deferre, vel mittere.

Vndecimò quæritur, An mos Ecclesiæ, quo Reliquiæ sanctorum ex vno loco, in alium honorificè transferuntur, fuerit antiquus? Respondeo, apud Græcos ab Ecclesiæ primordijs morem fuisse,

vt ossa, membra, vel corpora Martyrum ex loco in locum transferrentur, consensu, & auctoritate Principum, videlicet Imperatorum, & consensu Episcoporum Constantinopolim translatae sunt summo cum honore Reliquiæ Sanctorum Andrea, Luca, & Timothei; tempore Constantini Magno, teste Hieronymo, contra Vigilantium. Et regnante siue Imperante Theodosio seniore translatae sunt ad eandem Ecclesiam Constantinopolitanam Reliquiæ Sancti Pauli Episcopi, & Martyris, vt refert Tripartita historia lib. 9. ca. 17. Item corpus Sancti Ioannis Chrysostomi, vt testatur Theodoretus lib. 5. cap. 3. & ex Epistola prima, Cornelij Pomani Pontificis patet, corpora sanctorum Petri, & Pauli translata fuisse, & posita vbi nunc sunt. Apud Romanos verò et à temporibus Gregorij Magni ossa, & corpora Sanctorum minime transferebantur: immo Romani Pontifices, tenes etiam Reliquias ex Martyrum corporibus detrahi, vt ad Principes mitterentur, minime patiebantur: sed tantum sudaria, & vela ad sacras Reliquias admota, aut clauè Petri corpore tacto sacratam, aut tenuissimas, ac minutissimas catenarum Petri rasuras, hoc est, puluisculos lima detractos & abrafos, pro magno munere ad viros illustres, & principes feminas mittere solbant. Vnde Gregorius libro tertio Registri. Epist. 30. ad Constantiam Augustam scribens, quæ postularat, vt Sancti Pauli caput, aut aliquid aliud de corpore ipsius ad ipsam transmitteret, quod in Ecclesia in honorem Sancti Pauli Apostoli, suis sumptibus extracta, honorificè collocaret: Respondet, se nec ore fuisse confectum, quod quæ illa petebat, facere nec posset, nec auderet. Nam corpora, inquit, sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, tantis in Ecclesijs suis coruscant miraculis, atque terroribus, vt neque ad orandum sine magno illius timore possit accedi.

Et paulò inferius: Cognoscat tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum Reliquias dant, vt quicquam tangere presumat de corpore, sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora Sanctorum ponitur: quod lenium in Ecclesia, quæ est dedicanda, debita cõueneratione reponitur. Et tamè per hoc videmus virtutes sunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferrentur. Vnde contigit, vt beate recordationis Leonis Papa temporibus, sicut à maioribus studium est, dum quidam Græci de talibus Reliquijs dubitarent, gradibus Pontifex hoc ipsum brandeum ad altari suscipium incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit. In Romanis nauis, vel totius Occidentis partibus omnino inoleuit, est, atque sacrilegium, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quapropter de Græcorum consuetudine, qui ossa lenare sanctorum se afferunt, vehementer miramini, & vix credimus. Hæc ille, qui ad finem Epistolæ ait, se ad eam sudarium transmittere, quod corpus Pauli tegerat; & curaturum partem aliquam ex catenis, quas Paulus Apostolus in collo, & in manibus gettauerat, transmittendam: si tamen, inquit, hanc tollere limando preualuerit. Brandea, vel sanctuaria vocabantur velamina, quæ ad ossa, vel corpora sanctorum admouebantur, vt eorum contactu sacrentur, & pro reliquijs colerentur. Ex eo verò tempore, quo Franci Longobardos bello victos ex Italia eiecerunt, cepit introduci mos, vt etiam per occidentem ossa, & corpora Martyrum transferrentur aliò,

Francorum enim Reges, ac ceteri Principes à Romanis Pontificibus vehementer efflagitabant, vti ex vrbe, & alijs locis eiusmodi Reliquias, è terra vbi iacebant sublatas, & erutas, in Galliam, & Germaniam transportari permitterent, vt in templis à se edificatis honorificentius recondi possent: nec enim altaria, aut Ecclesiæ sine Reliquijs sanctorum consecrabantur, vt ex Concilio Africano *Canone quinquagesimo* compertum est.

Duodecimo quaeritur, An sanctorum cæli ciuium, & Iesu Christi Domini nostri, siue triu personarum diuinarum nominibus etiam scriptis, aut pronuntiatis, siue auditis honor, & veneratio debeatur, sicut sacris imaginibus? *Respondeo*, deberi. vnde ad sanctissimum Iesu nomen de more corpus inclinamus, vel caput aperimus, aut etiam genuflectimus: & in sacrificijs, sanctum quoque Mariæ Dei genericis nomen pio, & religioso cultu, & honore dignamur: nõ quòd hæc nomina propter ipsa atramento describuntur, vel depinguntur, vel sono proferuntur, cultu, & veneratione prosequamur, vt res sunt sensus, animæ, & vitæ expertes; sed quòd totus honor, & cultus ad rem significatam referatur. Quare audito, vel prolato nomine Iesu caput denudamus, genuflectimus, aut scriptum nomen piè, & Religiosè exosculamur, perinde ac si persona, quã illud significat, præsens adesset, & osculo, aut corporis inclinatione, aut capitis submissione, honoraretur à nobis, sicut sacram imaginem veneramur, quia refert exemplar, sic sacrum nomen honoramus, & colimus, quia rem sanctam designat.

Quæres, An fas nobis sit, sanctorum nomina inscripta chartis, & collo religata, & appensa deferre? *Respondet* Nauarrus in *Manua, capite vndecimo, num. 35.* cum B. Antonino in *secunda parte, tit. 12. capite primo §. 13.* & S. Thoma, *secunda secunda, quaestione 98. artic. 4.* fas esse per se quidem; ex accidenti autem nefas aliquando esse; veluti si eo modo deferantur, in quo periculum probabile sit, ne deformentur, aliquaue foeditate, & obscenitate polluantur, aut turpi tactu violentur.

Cap. IX.

Alia quedam eadem de re quaestiones soluantur.

Primum in quaestione ponitur, an cereis formis, atque imaginibus, quas Agnos Dei, à figura agni scilicet impressa nominamus, honos, & veneratio debeatur? *Respondeo*, merito deberi. Namque veteri Ecclesiæ instituto à summo Pontifice, Christi in terris vices gerente, sollempni precationum ritu, multisque cæremonijs mirè pietatè redolentibus, non solum primo, sed se primo quoque Pontificatus anno, de more consecrantur. Quo in consecrationis munere, sicut ipse Romanus Pontifex, cuius precatio tanto maioris est momenti, quanto eius officium in Ecclesiâ sublimius, & cum Christo Domino, cuius locum, & vices tenet in terra, coniunctius, multa sanctè precatur à Deo, vt illis concedat, qui animo pio religiosoque eos sacros Agnos, secum habuerint; ita à pijs quoque hominibus pari reli-

gionis studio iidem gestandi sunt; ad eosque vsus duntaxat adhibendi, ad quos sacræ preces antiquo Ecclesiæ instituto referuntur.

Secundo quaeritur, Quid sit constitutum de modo, & ratione, qua eiusmodi cereæ imagines agnum referentes piè, sanctè ac religiosè habeantur, afferuntur, deferantur? *Respondeo*, Constitutione Pontificia à Gregorio XIII. edita, quæ incipit: *Omni cerè studio, sic esse statutum: statuimus, & ordinamus, ac sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda interdiciamus, ne quisquam siue vir siue femina, secularis, aut Ecclesiasticus, etiamsi regularis Ordinis ille sit, & quocunque gradum, conditione, statu, nomine, dignitate, & honore præcellat, posthac in perpetuum Agnos Dei per Romanum Pontificem, pro tempore existentem depingere, inscribere, minio notare, vel aurum, vel colorem aliquem illis imponere, aut quicquam aliud super inducere, neque depingi, aut minari facere, nec illos venales proponere, seu tenere quouis preetextu quolibet de causa audeat, sed eos albos, & mundos decenter ac reuerenter à tuis haberi, deferri, & custodiri præcipimus.* Et mandat singulis locorum Ordinarijs, & eorum Vicarijs Generalibus, vt hanc constitutionem in suis diocesis, & ciuitatibus statim promulgandam curent.

In concilio verò Mediolanensi, sub Carolo Borromæo Cardinali celebrato quædam statuta sunt, quæ mihi visa sunt digna, vt hic inserantur. *Primo*, vt cum Agni Dei domi afferantur, sicut piæ consuetudinis est, loculo decenti includantur. Cum autem collo dependentes gestantur, in thecam auream, argenteam, & burneam, cristallinam, aut alterius generis decentis recludi inclusi sint, ita vt tactu violari nequeant, nec ad ornatum habeant quicquam, quod profanum sit, quodque minimè deceat. Thecarum fabri ne vllò modo eas tangeant attritentur, ne chirothecis quidem, forcipe, aut vllò alio instrumento: sed ad eos in thecis reponendos Clericus in sacris constitutis adhibeatur. Ne item minimam particulam sacræ illius cereæ è qua Agni figura effusa est, in eis includant, quo pluris opus suum vendant, sed ab eo accipiant, qui thecam Agni causa faciendam locarint. Ne item quicquam sacrum Agnum anulo gestet, cum ita parum religiosè gestetur, vt aliqua foeditate turpis tactu violari facile queat. Præterea, qui sacros Agnos gestant, hoc religiosius caueant, ne quid impure impiterè agant, aut à sacra eiusmodi re alienum. Nec præterea in agri campum benedicti Agni projiciantur; nec cuiquam arbori affigantur; neque in ramis arborum suspendantur: sed quod antiqui est instituti, eorum cera adoleatur ad suffumigationem, in agris vineisque ob imminuentem tempestatem, fulgura, fulmina, incendia, & grandinis vim, aliaque diabolicas illusiones depellendas. Hæc in eo Concilio prouincialium Episcoporum, circa hoc piè sanctèque decreta sunt. Testatur Durandus in *Rationali Diuinarum officiorum lib. 6. cap. 79.* hos Agnos cereos auctoritate Pontificia sacros vim habere contra fulgura, fulmina, grandinem, incendia, & tempestates ventorum, vel imbrium.

Tertio quaeritur, An fas sit laicis sacros Agnos tangere contrectare? *Respondeo*, minimè, quia sunt sacri, & sancti, vt potè consecrati. *SI QVAERAS*, an laici si scienter eos tangant, sed nõ sine

honore debito, & reuerentia, grauitur peccent? Respondeo, meo quidem iudicio, minime: modo ne ex contemptu eos tangant, aut turpiter tactos polluant. **DE INDE QUÆRES,** An liceat Clericis quatuor tantum minores ordines habentibus eos tangere? Prædicto Mediolanensi Concilio videtur insinuari, id solum licere Clerico in sacris ordinibus constituto, quoniam huiusmodi Agni non qualicunque ratione, hoc est, non solum precatione Pontificia sunt sacri, sed oleo etiam sacro, & chrismate consecrantur: Chrisma verò tangere, solum Clericis ad maiores Ordines promotis permitti videtur, nisi ex iusta, vel honesta causa aliquando tangatur.

Quartò queritur, An nefas sit, sacros Agnos vendere, & emere? Respondeo, cõstitutione Pontificia Superiore quæstione posita, excommunicationem ipso iure in eos cõstitui, qui eiusmodi cereos Agnos à Pontifice sacros venales exponunt, aut tenent. Et reuera cum sint res sacræ, Simonia peccatum admittitur, si emantur, & vendantur. Eodem quoque crimine se commaculat is, qui miniam etiam ceræ particulam ex qua Agni imago efficitur, ac figurata est, aut annulū, vel thecam, in qua inclusa est Agni figura, pluris veadiderit, quam si Agnum non haberet, vel Agni materia non esset, quo modo etiam simoniam contrahit, qui calicis materiam, aut fundum, in quo est ius Patronatus constitutum, pluris vendit, quam si nihil tale contineret.

QUÆRES, An liceat Agnos sacros vendere, aut emere præcisè ratione solius materię, nimirum ceræ, aut ratione impensarum, quæ fiunt in sacris Agnis apparandis, & poliendis, ita vt tantidem vendantur, quanti valent impensæ, & ceræ? Respondeo, per se quidem id non esse prohibitum, nec malum, cum sola materia vendatur, & ematur, at iure tamen scripto interdictum videtur, cõstitutione Pontificia iam ante citata. Ac meritò quidem Pontifex id prohibere potuit, quia Simonia speciem nonnullam præ se fert, & occasio paulatim suboritur res sacras venditandi. At non puto vetuisse, ne præcisè ratione materię vendantur, & emantur ad vsus sacros, quibus sunt dedicati: sicut Calices ratione materię venduntur, ad sacros vsus huius, vel illius Ecclesiæ, non ad profanos vsus.

Quintò queritur, An laicis sit interdictum Sanctorum Reliquias quoquomodo tangere contrectare? Respondeo, Gregorium Magnum libro tertio Epistol. 30. vii supra reuolimus, aperte affirmare, in Romanis, vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile esse atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquã fortasse voluerit. Sed certè Gregorius de ijs temporibus locutus est, in quibus nulli, etiã Clerico in sacris Ordinibus constituto, licebat Sanctorum corpora, ossa, vel particulas eorum è loco amouere, transferre, gestare. Sed vsu deinde introductum est, vt transferantur, gestentur è collo depēdentes, vasculis tamen, aut capsulis honorificè, & religiosè, vt decet, inclusa, & obtecta. Ex quo non mihi quidem grauis videtur criminis condemnandus ille Clericus, vel Laicus, qui eas Reliquiarum sacrarum minutias quas tenet apud se, præ, & religiosè tangit, aut decenter & honestè in thecas

includit, in quibus seruat. Si tamen per contemptum eas contrectet, aut ita parum honestè, & religiosè includat, & deferat, vt aliqua foeditate turpiue tactu pollui, & inquinari facillè queant, peccare grauitur videtur.

Sextò queritur, An vasa sacra Ecclesiæ, vela, pallas, & alias vestes Episcopali precatione sacratas fas sit laicis hominibus attingere, atrectare? Respondeo, in cap. Nemo, secundo, de consecratione distinctione prima, s. Pallas, statutum esse in hunc modum: Pallas Ecclesiæ, & vela, quæ in sanctuario sui, si fecerint, Diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lauent, non eicientes foras à sacratio: & velamina Dominice mensæ abluant, ne forte puluis dominici corporis male decidat: Sindonem verò non foris abluant. Quid nomine sindonis intelligatur, explicat Glossa, eam esse secundam vestem sacerdotalem, quam Albam vocamus. Alij verò, inquirunt, esse ornamentū capitis, quem amictum appellamus. Et in ca. In sancta Apostolico, de consecratione distinctione prima, decretum est Sixti Pontificis, vt sacra vasa nō ab alijs, quam à Sacratibus Dominoq; dicatis hominibus contrectentur; ne pro talibus præsumptionibus Dominus populo suo plagas immitat. Et capitulo sequenti, vestimenta, decernitur: ne vestimenta Ecclesiæ in quibus Domino ministratur, ab alijs contingi, aut offerri possint, nisi à sacratibus hominibus: ne vltio, quæ Baltassarum Regem diuinitus percussit transgressientes apprehendat. In cap. Item, ad nuptiarum, subsequenti ex Cõcilio Aurelianensi dicitur: Ad nuptiarum ornatum diuina ministeria, id est, quæ Ecclesiasticis, & diuinis vsibus, & ministerijs sunt destinata, non dentur; ne dum improborum tactu, vel pompa seculari luxuria polluantur, ad officium sacri ministerij videantur indigna. Rursus cap. ad sacras. Dist. 23. ex Sothero Papa refertur: sacras Deo summas, vel monachas sacra vasa, vel sacras pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre, periculum est ad Apostolicam sedem: quæ omni reprehensione, & vii operatione digna esse, nulli dubitandum est. Ex quibus omnibus perspicitur, esse Laicis interdictū, immo etiam Clericis sacro Ordine carentibus, tangere, atrectare, aut lauare vasa sacra, vestes, & alia, quæ consecrari solent: cuiusmodi sunt calix, patena, altare, quod portatile vocatur, corporalia, quodque dici solet Calicis Purificatorium: nam hæc omnia, aut consecrantur, hoc est, Chrismate imbuuntur, aut saltem solemniter Episcopi precatione sacrantur, & Christi corpus, vel sanguinem proximè excipiunt, & tangunt. Vsu tamen receptum est, vt vestes, quibus Sacerdos induitur, & alia Ecclesiæ paramenta sic dicta, vela scilicet, cortinæ, aut vasa, quæ consecrata non sunt, nec Christi corpus, aut sanguinem proximè attingunt, licet Episcopali precatione sacrari soleant, tangantur etiam à laicis, qui Ecclesijs inseruiunt. Religiosis ordinibus priuilegium, Romani Pontificis auctoritate cõceditur, vt Religiosi, qui inseruiunt Ecclesijs ipsorum ordinum in Sacrisq; munere, & officio, etsi sacros ordines non susceperint, dummodo prima tonsura sint insigniti, tangere calices, & corporalia turò queant: immo omnes laici Religiosi possunt tangere Ecclesiastica paramenta, calices, & corporalia, modo non sine debita reuerentia, & honore tangant ac eadem corporalia lauare, cum expedierit: quod est Priuilegium Minoribus concessum.

Septimò quæritur, An sit iure Canonico prohibita, vasa, ligna, candelabra, vestes, pannos ad vsus sacros, & ministeria Ecclesiastica destinata, in vsus profanos conuerti? **R**espondeo, esse prohibitum: vt colligitur ex cap. *Ligna*. De consecratione, Distinctione prima, vbi dicitur: *Ligna Ecclesie dedicate, non debent ad aliud opus destinari, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in Monasterio fratrum: in Laicorum vero opera non debent admitti: nam vt ait ibi Glossa: Quæ semel consecrata sunt, non debent ad Laicorum vsus reuerti. c. Quæ semel 19. Questione tertia, c. Quæ sunt, 17. quæst. vii. QVÆRES, quo sensu accipiendū sit, quod prædicto cap. *Ligna*, dicitur, posse ea inferuire in Monasterio fratrum? Respondet Glossa, id non intelligi promiscuè, & generaliter, sed vel in capitulo, inquit, vel in Dormitorio, vel in alijs locis religiosis: non autem in rebus culinae apparandis, vel in vineis pastinadis, aut agris fodiendis: nam huiusmodi vsus sunt Clericorum, & Laicorum communes, non Ecclesiarum proprij. **D**E I N D E QVÆRES, quid fieri debeat de lignis, velis, vasis, pannis, & ceteris rebus, quæ fuerant Ecclesiasticis vsibus dedicate, si vetustate consumptæ fuerint, aut ineptæ reddita ad Ecclesiastica ministeria? **R**espondeo, ex Clemente Papa, vt refertur in cap. *Altaris*, de Consecratione Distinctione prima, vbi dicitur, *Altaris palla, Cathedra, Candelabrum, & velæ, si fuerint vetustate consumptæ, incendio dentur, quia non licet ea, quæ in sacrario fuerint, male tractare, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in Baptisterium inferantur, quia nullus transeunt habeat, aut in pariete, aut pavimento sub lecto, aut in fossis, vel solo pavimenti vbi imponantur, ne introeuntiu, aut transeuntium pedibus inquinentur. Ex quo patet, etiam imagines sacras diuturnitate consumptas, siue deformatas amouendas esse, & sub pavimento Ecclesie, aut saltem sub Coemeterij solo recondendas, aut in alium locum abditum, & Religiosum includendas: Tabulas quoque imaginibus sanctorum expressas, vetustate cõsumptas, iure nõ posse in vilem, sordidum, & profanum vsum conuerti, sed igni exuri debere. sic olim iubebat Deus Nazaræorum capillos, finito consecrationis tẽpore in ignem conijci; ossa item ac cetera, quæ ex Agno paschali supererant, igni cremari debebãt, ne conculcarentur pedibus transeuntium, neque ab immundis animantibus comederentur.**

Octauò quæritur, An vestes, & panni profani iure possint conuerti in paramenta, vt vocantur, & in alia, quæ in vsus Ecclesiasticos cedunt? **R**espondeo, minimè, vt docet Syluest. in verb. *Corporalia*, q. 3. Glossam, & Archidiaconum sequitur, nisi solita Ecclesie consecratione, siue ritu, & cæremonia prius ab Episcopo legitime sacrètur: quæ enim Ecclesie inferunt, in Ecclesiasticis ministerijs solemniter consecratione, (quæ dicitur benedictio,) & statim precibus in Pontificali, vel Sacerdotali libro præscriptis, ad vsus Ecclesiasticos destinari solent, ac debent, ita vt non solum imagines, sed ipsæ quoque tabulæ, in quibus sacra imagines exprimentur, & capsulæ, thecæ, loculi, vascula in quibus Reliquiæ sanctorum reconduntur sacrari, & vt dicitur, benedicti solita fuerint. Sicut idolorum fana iure possunt in martyrum templa conuerti, sed prius debent legitima Episcopali auctoritate sacrari. Societas nostra gaudet

Priuilegio, quod Minoribus Sixtus Quartus concessit: Vt vestes, & panni profani cõuerti queant in paramenta, vt vocant, & in alia Ecclesiasticis vsibus destinata, vt habetur in Compendio Priuilegiorum eiusdem Societatis, in verbo *Sacra*, f. 2.

Nonò quæritur, An fas sit laicis sacrum Chrisma tangere, aut oleum secretum, siue benedictum, vt vocant, ab Episcopo? **R**espondeo, nefas esse: quia interdictum est eis vasa sacra, aut vestes tangere, ergo pari, aut etiam maiori ratione laici prohibentur oleum sacrum tangere, aut sanctum contrectare Chrisma.

Decimò quæritur, An sacrosanctum, & ineffabile Altaris Sacramentum, sit cultu Latræ honorandum ea conditione adiecta, si Eucharistiæ panis sit rite consecratus: an verò absolute, sine vlla conditione addita coli debeat? **G**abr. de Cano. *Missæ* l. 1. c. 50. sentit esse colendum, sub ea conditione tacita, & implicita, non expressa, ad quod probandum citat S. Thomam, Bonauenturam, Alexandrum, Albertum, & Richardum: & videtur esse cõmunis opinio Theologorum, in 3. dist. 9. & Summistarum, Angeli, Syluestri, Tabienfis, Armillæ in verb. *Latræ*, aut in verbo *adoratio*. At verò Caietanus, 2. 2. q. 1. artic. 3. & Ioann. Hasselanus in lib. de Eucharistia, & Claudius Sainctes in lib. de Eucharistia repetit. 9. c. 4. docent esse absolute sine vlla conditione colendum, hoc est, tametsi non exprimat ea conditio, si panis sit cõsecratus, colo; alioqui minimè. Quidam existimant esse inter hos auctores opiniones contrarias: sed certè facili, & leui negotio hæ duæ sententiæ conciliantur. Nam Gabriel, & alij solum innuunt eiusmodi conditionem in cultu, & veneratione adesse debere tacitè, & implicitè, non tamen expressè, siue explicitè; eo enim animo, & voluntatis affectu esse debemus, cum ad sacram Eucharistiam accedimus, vt si panis consecratus non esset, minimè veneremur; at verò prudentis viri est, vt putet panem esse ritè, & legitime consecratum, qui publicè populo ad venerationem, & cultum exponitur. Nec enim credendum est, aut ministro animum, & voluntatem defuisse consecrandi, & conficiendi corpus Dominicum, aut necessariam, & debitam Sacramenti formam, vel materiam abfuisse, cum oppositum nobis certò non constet. Nam pari ratione magistratus Reipublicæ veneramur, & colimus, etiam si fieri posset, vt magistratus falsi sint, & supposititij, & adulterini.

Vndecimò quæritur, An absolute honorari possit, ac debeat imago sacra, per quam nos alloquitur Dæmon, se in bonum Angelum transformas: videlicet si in ea appareat quidam lucis fulgor, & radius, aut species siue effigies hominis è Cruce pendens. **R**espondeo, quoties ambigimus, sit Dæmon necne, qui per imaginem loquitur, nefas est imagini cultum tribuere, quamuis Christum, Deiparam, vel sanctum aliquem in cælo videntè referat, quia dum ambigimus, id, quod certius, & tutius est, sequi debemus, eique adherere, ne periculo erroris nos exponamus, ne scilicet Dæmoni, tanquam Christo, Deiparæ, vel Sancto honorem, cultumq; deferamus. Verùm tota controuersia ex eo pender, an cum probabiliter credimus Christum esse, vel Deiparam, vel sanctum, qui nos per imaginem alloquitur, tuta cõscientia

blatè, & simpliciter cultū imagini dare possimus? Certè Altifio, lib. 3. tract. 8. c. 4. q. 5. Alexander art. 3. q. 30. m. 3. art. 1. §. 3. Bonauent. 3. dist. 9. art. 1. qu. 6. in sil. in 3. q. 8. art. 2. ad dub. 5. Gabriel. de Canon. Missis, sect. 50. Adrian. in quodlib. 4. art. 1. in 3. puncto principali respondere videntur, non licere id facere, nisi conditione expresse apposita, si tu es Christus, vel Deipara, vel Sanctus, color, & veneror, sin secus, minime. Idem quoque sentiunt Angelus, Syluester, Tabienfis, Armilla locis citatis. Et meritò quidem, quia nonum fermè est, & insolitum, Christū, vel Deiparam, vel Sanctos in Imaginibus loqui: quod autem præter communem morem est, absolute, & simpliciter non est tanquam verum, aut bonū statim leuiter amplectendum, cum falli ac decipi facile possimus. Non tamen condemnarem rudem, & rusticum hominem, qui bona fide nihil dubitans in hac parte erraret.

Duodecimò quæritur, An panem Eucharistiæ consecratum, tunc sine peccato laicus tangat, contereatur? Respondeo, nisi id fiat causa aliqua graui, talem contractum esse laicis interdictum, quia in illo pane re ipsa verè Domini Corpus est, vnde ab eo tangendo non solum Laicus, sed etiam Clericus, quamuis sit Subdiaconus, aut etiã Diaconus omnino abstinere debet: nam hoc proprium est Presbyteri. Neque obstat, quod olim Diaconus dominicum sanguinem porrigebat, immo etiam corpus, quando Episcopus, & Presbyter id non poterant ministrare, & Diacono, vti faceret, præcipiebant: nam Diaconus Christi sanguinem in Calice contentum subministrabat, ac proinde calicem tantummodo tangebatur, & Corpus pariter dominicum aliquando conferebat. Sed id tunc temporis in more positum erat, nunc vero aliud mores, canones, & iura postulant. Obijcies, præcis temporibus Eucharistiã dari solitam in manibus eorum, qui eius rei gratia ad templum ventitabant, qui eam deinde domum deferrebant, ibique sumebant. Respondeo, id ea tempora tulisse, sed nostra nunc id iustis de causis non patitur. **AT QVÆRES,** nunquam ne omnino licebit Laico tangere Eucharistiã? Licebit aliquando, tunc nempe, si ausu impio, & nefario (quod Deus malum auertat) deijceretur in terram, aut casu aliquo decideret, & abesset, qui eam inde tolleret, & eleuaret, Sacerdos, aut Clericus; licebit Laico eam quanta maxima posset cum honorificentia, & ueneratione leuare. Sed quid si Laicus grauioris alicuius culpæ conscientia tangeretur? Hostiæne sacrosanctæ dignius, & religiofius eleuandæ, idoneum de peccato dolorem necessariò præmitteret? Respondeo, eum ad id minime adstringi: sicuti neq; ut quis Eucharistiã videat, nec ut latria cultu illam veneretur, & colat, detestari peccata debet: quoniam tales actus non sunt Presbyterorum proprii.

Cap. X.

Quenam virtus sit Religio, & qui proprii eius actus, & officia.

Animaquertendum est, primum Decalogi præceptum: Vnum cole Deum, ad Religionem pertinere, cuius est iustum, ac debitum Deo cultum deferre. Vnde Latinis, teste Augustino

lib. de vera relig. cap. 55. dicta videtur esse Religio à religando, quòd eius vinculis, diuinis ministris sumus mancipati, & addicti; & veluti Deo religati, & adstricti. Quamuis Isidorus lib. 10. Etymolog. ca. 17. Religionem à relegendò, vel reeligendo ducat, eo quòd, qui Religiosi sunt, tales dici videantur, quoniam, quæ ad cultum diuini pertinent, diligenter pertractent, & quasi releant. Alij verò putent Religiosum dictum esse à relinquendo, eo quòd propter sanctitatem aliquam sepositum sit, & à nostris vibus remotū id, quod est religiosè consecratum.

Primò quæritur, An Religio sit virtus Theologica, an Moralis? Respondeo, esse moralem, non theologiam: non enim res, & materia obiecta est Deus, sed honor, & cultus Dei, quem religio diuinæ maiestati tribuit.

Secundò quæritur, An Religio sit vna duntaxat virtus specie: nam videntur duæ esse Religionis species, vna, quæ Deo uenerationem, & cultum debitum defert; altera, quæ Sanctis vnâ cum Christo in celo regnantibus, & sacris Imaginibus, & Reliquijs Sanctorum, alijsque rebus sanctis iustum honorem tribuit. Sunt, qui putent Religionem non esse vnâ specie; sed genere, ea ratione permoti, & conuicti, quòd Religio sit, qua cultum alicui damus, quia dignitate aliqua, aut virtute cæteris rebus excellat, & præstet: Ita ut virtus sit, qua alium hominem ob excellentiam aliquam, quam in illo cernimus, honoramus: Sed excellentia, & dignitas Dei, utpotè infinita, & immensa, specie differre ab ea, quæ est Sanctorum cæli ciuium. Mihi tamen vna tantummodo specie Religio, non genere videtur esse. Quia apud Latinos Religio dicitur eadem, quæ apud Græcos Latria, hoc est, virtus, quæ Deo iustum, & debitum cultum, & honorem tribuit. Nec enim Religio est virtus, quæ in genere aliquem ob excellentiam honoret, & colat, sed quæ diuinis honoribus, & cultus Deo defert: non igitur Religio, quicquid excellit, honorat, & colit, sed quicquid diuinum est, & qua ratione diuinum: quemadmodum ergo Deus vnus est, sic vna quoque specie Religio est.

Oppones, Sanctos cæli incolas, Imagines Sanctorum, & res alias sacras religiosè veneramus, ergo alia est Religio, qua hæc honoramus, atque ea, qua Deum colimus. Respondeo, sicut vnus virtutis est finem velle, & ea, quæ sunt ad finem eligere, quamuis velle, & eligere sint actus re ipsa, & ratione diuersi; sic vna est specie virtus, quæ est Religio, cuius actus possunt specie, & ratione distingui, ut sacrificare, precari, vouere, iurare: Pari etiam ratione cultus, & honores, quos Deo, Sactis, & rebus sacris præstamus, possunt specie, & ratione differre, licet Religio sit virtus vnus tantum rationis. Præterea, Sanctos cæli habitatores, eorum Imagines, & res sacras, nequaquam absolute, & simpliciter propter ipsas reueremur, & colimus, sed propter Deum, hoc est, quatenus sunt aliqua sanctitate prædita, vel quatenus ad Deum aliqua ratione referuntur, vel quatenus cum Deo aliquo modo, videlicet, aut re ipsa, aut cogitatione nostra coniunguntur. Sanctos quidem, tanquam patronos, & aduocatos apud

Deum,

Deum, quos voluit, ac iussit Deus ipse honorari, & coli Imagines propter ipsa prototypa, & exemplaria, quæ referunt. Cæteras res sacras, quia totus honos, & cultus earum ad Deum refertur, qui pariter voluit, vt eas piè, & religiosè tractaremus, & coleremus, Deum cultu latræ, & religionis veneramur, vt auctorem, & largitorè cælestium, & spiritualium honorum, quæ oratione postulamus. Sanctos verò, vt patronos, quorum patrocinio, & precibus Deus nobis eiusmodi bona largitur: res sacras honoramus, vt referuntur ad Deum.

Tertio quæritur, Quinam sint adorationis actus, quos Deo, diuinis que rebus Religio tribuit? Respondeo, apud Hebræos fuisse quatuor adorationis genera: Aut enim Iudæi, caput suum summitebant: Aut crura, & genua flectebant: Aut totum corpus inclinabant: Aut denique sese in terram facie, & toto corpore prosternebant: Vnde quatuor sunt hebraica verba, quatuor ea adorationis genera propriè exprimentia: Cadad, quod significat, caput, seu ceruicè inclinare: Car, est crus, aut genu flectere: Barac, significat inclinare corp⁹: Schachah, est facie, & toto corpore humi procubere. Præter hæc verba est etiã quintum Abad, q̄ propriè significat seruire. apud grecos codices sacros est λατρεύω, δαλίω, προσκύνω. Primum verbum vniuersè significat seruire: Sed Scriptura eo vitur ad significandum cultum, qui Deo tribuitur tanquam Deo, summum videlicet & perfectissimum: qui quidem actus dicitur Latræ. Vnde dicta est Idololatria, qua cultus, qui Deo debetur, alteri defertur. Δαλίω, generatim quoque significat, seruire, & de Deo quoque dicitur, cum colitur tanquam Dominus. Sed Ecclesiastici Scriptores transfulerunt ad significandum cultum, qui Sanctis in cælo cum Christo viuentibus, & rebus sacris tribuitur. προσκύνω, in vniuersum Græcis significat idem, quod Adoro. Porrò apud Latinos adorandi verbum, aliquando generatim accipitur, aliquando solum de Deo dicitur: tunc autem Deo soli conuenit Adorationis cultus, quando eum veneramur, & colimus propter ipsum: nam cætera omnia non propter ipsa, sed propter Deum hoc cultu honorare debemus. Alioqui enim, si diuinum religionis cultum alicui alteri propter ipsum tribueremus, Idololatriæ crimen committeremus. Quare Esther 13. Mardocheus noluit sese inclinare coram Aman, rationem reddens: *Timui, inquit, ne honorem Dei transferrem ad hominem, & quenquam adorarem (nimirum propter ipsummet) excepto Deo meo.* Actuum 10. cū Cornelius Centurio Petrum adorare vellet, ac si in eo diuinum aliquid inesset, dignum que proinde diuinis honoribus, prohibuit Petrus, dicens: *Surge, & ego ipse homo sum.* Act. 14. Paulus, & Barnabas Lycaonibus præceperunt, ne adorarent eos. Denique Angelus Apocal. 19. Ioanni, qui eum adorare volebat, dixit: *Vide ne feceris: Conseruus tuus sum, Deum adora.* Et propterea Athanasius disputans contra Arianos, ait: *neque Angelos, neque homines sanctos esse adorandos.* Epiphanius quoque scribit, Mariam non esse adorandam, sed solum Deū. Ambrosius reprehendit eos, qui conseruos adorant. Demum Augustinus de sanctis hominibus, & Angelis loquens, ait: *Non sit nobis re-*

ligio cultus hominum mortuorum: quia si piè vixerunt, non sic habentur, vt tales querant honores: sed illum à nobis coli volunt, quo illi amittunt letantur meriti sui nos esse confortes. Quibus in locis Patres, de Adoratione loquitur eo more, quo Scriptura loquitur. Ea porrò quatuor adorationis genera, quæ supra retulim⁹, soli Deo dare consuevit. Aliquando tamen permittit homines aliquo ex illis quatuor generib⁹ adorari: nimirum, vel capitis summissione, vel genuflexione, vel inclinatione corporis, aut quia huiusmodi adorationis genera sint apud eos, de quibus Scriptura loquitur, vitata: aut quia homines non propter ipsos, sed propter Deū religioso cultu honoramus. Cum verò prohibet Scriptura, ideo prohibet, quia pius, & religiosus honor, & cultus latræ soli Deo deferri, & tribui debet, aut alteri: sed propter Deum, ita vt potius in eo Deus colatur.

Quintò quæritur, An religiosus cultus sit sanctis hominibus tribuendus; Sanctorum nomine hoc loco intelligimus eos, qui publica Ecclesiæ auctoritate sunt in Sanctorum numerum relati; & quos tanquam Sanctos cæli habitatores publicè veneratur Ecclesia. Fuit hæresis Eustathij, vt refert Socrat. libr. 2. Histor. Ecclesi. cap. 33. dicens: Sanctos non esse colendos, sed vnum tantummodo Deum: quia primo præcepto Decalogi Deum colere iubemur, ac prohibemur cultū alijs tribuere: qua hæresis infecti quoque fuisse Eunomius, & Vigilantius, Claudius Taurinensis, Waldenses; & nunc quoque Lutherani, & Calvinistæ. Porrò Catholica est sententia, Sanctos piè, & religiosè coli oportere, idque & Concilia definiunt, & communi consensu patres, & Græci, & Latini tradiderunt. Sed animaduertendum est, in quo status huius controuersie consistat. Hæretici minimè inficiantur, Sanctos esse honorandos eo cultu, & honore, quo veneramur, & colimus viros virtute aliqua, & sapientia, potentia, ætate, nobilitate, vel qualibet alia auctoritate conspicuos: hic enim honos totus est ciuilibus, & humanus, & proinde viris eximijs, & excellentibus debitus. Sed Catholicos hæretici criminantur, quòd Sanctos pro Deo reuerentur, & colant, hoc est, quòd diuinis Sanctis honores deferant: & hoc, inquit, est, quod Scripturæ prohibent, ne vllum hominem pro Deo colamus. At enim falluntur hæretici: nec enim Catholici Sanctum vllum pro Deo honorant, sed eum propter Deum ipsum venerantur, & colunt. Vt enim supra diximus: Imaginem Dei minimè coli pro Deo; sed propter Deum; quoniam non colimus, & veneramur Imagines propter ipsasmet; sed propter res, quarum similitudinem gestant. Et idcirco licet Imaginis Dei cultus sit latræ, non cōtinuò sequitur, vt rei creatæ tribuatur: quoniam datur Imagini, non propter ipsam; sed propter Deum. Tunc verò est Idololatria, cum Diuinum cultum creatis rebus deferimus propter ipsas: Sic etiam Sanctos non solum honoramus eo cultu, quo viros virtute, sapientia, potentia, aut qualibet alia dignitate præstantes; sed etiam Diuino cultu, & honore, qui est religionis actus: nam ille cultus, qui viris primarijs defertur, non est religionis; sed alterius longè inferioris virtutis, quæ obseruantia vocatur, actus, & officium.

Sed diuinos cultus, & honores Sanctis nõ damus propter ipsos, sed propter Deum, qui eos Sanctos effecit. Non igitur est Idololatria, si templa erigamus in honorem Sanctorum, altaria consecremus, sacrificia offeramus, dies festos instituamus: Si eorum opem, & patrocinium inuocemus, si eis vota nuncupem: denique si peregrinationes suscipiamus, vigiliis, & ieiunia sustineamus: scilicet hæc omnia propter Deum ipsum fiunt, in quem totus honos, & cultus, qui tribuitur Sanctis refertur.

Tribuimus autem Sanctis eiusmodi honores, quia Deus voluit suos Sanctos sic honorari, & coli. Non igitur cum primo Decalogi præcepto pugnamus, si Diuinum cultum Sanctis tribuimus: quoniam eo præcepto solum prohibemur, ne alteri religionis officia, & Diuinos honores imperitiamus propter ipsum, cum religio, & Diuinus cultus Deo propter ipsum debeatur.

Sextò quæritur, An Sancti sint inuocandi? Idè, quos ante diximus, hæretici, persuadere conantur, etiam in hoc Catholicos cum Scripturis, & primo Decalogi præcepto pugnare, quod Sanctos orent, & eorum opem, & auxilium implerent. Quod probant, quia nostræ mentis cogitationes omnem humanam cognitionem penitus effugiunt, & latent: ergo Sancti, nostræ mentis precationes occultas cognoscere nequeunt. Deinde inter Deum, & homines solus est vnus Mediator, & aduocatus, qui est Christus Redemptor noster, ergo in iuria sit Christo, si alius tanquam aduocatus, patronus, & mediator inuocetur. Præterea probant, quia impium, aiunt, esse videtur, Sanctos orare eo modo, quo Deum precamur, ergo nefas est, orare, & precari Sanctos, vti è cælo respiciant, preces exaudiant, suscipiãt vota, fletus, lacrymas, suspiria; denique, vt iuuent, & liberent à malis: quibus modis, inquit, Deum ipsum oramus.

Sed certa est, & manifesta Conciliorum definitio, perpetuo ab Apostolorum temporibus vsu, & omnium Græcorum, & Latinorum patrum auctoritate firmata, Sanctos esse orandos, & inuocandos. Et manifesta hæreticorum calumnia est, Sanctos orari, & inuocari à nobis, eo modo quo Deum. Nam Deum oramus, vt noxas, & peccata condonet, gratiam, & virtutes cõcedat, cælestem hereditatem conferat, nos ab omni malo eripiat, & protegat: At verò Sanctos oramus, vt pro nobis sint apud Deum aduocati, precatores, & fautores. Vnde Ecclesia in suis publicis supplicationibus Deum orat, vt misereatur nostri; at verò Sanctos, vt orent pro nobis: vel suis precibus, & meritis mala à nobis auertant, bona à Deo impetrent, suo patrocinio nos iuuent.

Ad illud verò, quod hæretici obijciunt, Sanctos, mentis nostræ abditas cogitationes nescire: verum est, eos naturæ vi, & facultate eiusmodi cogitationes non posse cognoscere; at eo ipso, quod beati sunt, iure, & conditione ipsius beatitudinis habent, vt videant in Deo quæcumque ad ipsos pertinent: & proinde preces omnes, quæ ad ipsos diriguntur. Quomodo tamen in Deo videant, duæ sunt Theologorum sententiæ in 4. dist. 45. Vna, quæ affirmat, eos in Deo cognoscere initio statim suæ beatitudinis, hoc est, ab eo temporis momento, quo cœperunt esse beati: ita vt simul

& Diuinitatem clarè cernant, & omnia cognoscant, quæcumque ad ipsos pertinent, & processu temporis futura sunt. Altera opinio, Sanctos tradit ea videre, & cognoscere varijs temporum interuallis, prout lapsu, & cursu tēporis fiunt, quæ ad ipsos pertinent siue hoc, siue illo modo cognoscant, ideo ea vident, quia iure, & conditione beatitudinis, debetur ijs, qui iam sunt cælestem hereditatem adepti, vt quæ ad eos spectant, ea Deus ipsis patefaciat. Et ideo, cum Sanctos oramus, non oportet precari Deum, vt preces nostras Sanctis aperiat, & detegat. Præterea, nulla sit iniuria Christo, si Sanctos, vt patronos, & aduocatos inuocemus; quoniam Christus inter nos, & Deum est primarius Mediator, quod Sanctis non conuenit. Præterea, Sancti sunt apud Christum patroni, & aduocati, & Christus apud Patrem. Deinde, Sancti sunt aduocati beneficio Christi Domini, qui tales eos esse voluit, ac meruit.

Quod quæritur, Quo modo intelligantur multa, quæ vlti Ecclesiæ communi recepta, hæretici calumniantur tanquam impia, eo quòd per ea Diuinum honorem, & cultum creatis rebus deferre videamur? Primò enim calumniantur hæretici, quòd Templa, quæ soli Deo dicari, August. lib. contra sermon. Arrianorum, capit. 20. & lib. 1. contra Maximinum Arrianorum Episcopum argumentum 11. de Spiritu sancto, & lib. 8. de ciuit. capit. vltim. & alij Patres aperte testantur, Martyribus extruamus. Alioqui enim si templa Sanctis constituantur, cur etiam non dedicantur eis Sacerdotes, sacra, sacrificia, & victimæ? Sed nihil est, cur calumniantur hæretici: nos enim confitemur templa esse Dei: quoniam templa eriguntur, vt in eis hostiæ offerantur, & sacrificia Deo fiant; at verò dicuntur esse templa Martyrum, quia eadem sacræ domus, quæ sunt templa Dei, continent sepulchra Martyrum, ossa, reliquias, corpora, cineres, vel denique eorum Imagines, & monumenta, vel alia, quæ ad eos aliqua ratione pertinent: & proinde templa Deo dicantur ad sacrificia ipsi offerenda: Sanctis verò templa seruiunt tanquam magnificæ, & amplæ domus, in quibus est aliquid collocatum, quod ad Martyres aliquo modo spectet. Pari ratione dicuntur templa B. Deiparæ, Sancti Michaelis, & aliorum Angelorum: quia tamen eorum corpora, vel reliquias non continent; habent tamen eorum Imagines, vel monumenta reum, quas Deus eorum ministerio, & opera mirabiliter effecit, vel aliquid, in quo vidēdos se hominibus exhibuerūt. Templa verò Deo dicari in honorem Sanctorum, & eorum nominibus appellari, comprobatur vsus Ecclesiæ à primis Apostolorum temporibus ad nos vsque perpetuò perductus, & auctoritas patrum Ambrosij lib. 1. epist. 5. ad Felicem Episcopum Comensem. Achanasij in Epistola ad vitam solitariam agentes. Basilij in Psalmi 114. in principio. Nazianzenij in oratione 1. in Italianum. Nysseni in oratione in Theodorum Martyrem. Chrysostomi hom. 28. ad Populum. Hieron. in li. contra Vigilantium. Augustini lib. de cura pro mortuis, cap. 5. & lib. 1. de ciuit. c. 1. Cyrilli in Catechesi. 16. Damasceni li. 4. Fidei orthodox. ca. 16. Denique Theodoretus lib. 8. ad Græcos ait; templa olim idolorum nunc Martyrum esse. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 8. testatur, à Sancti Benedi-

cto in mote Cassino duo fana Apollinis conuer-
fa fuisse in oratoria Sanctorum, vnum Martini,
alterum Ioannis. Et liber Pontificalis refert Syl-
uestrum I. dedicasse Basilicas à Constantino ma-
gno extructas, vnam Petro, alteram Paulo, tertiã
Ioanni, quartam Laurentio: Liberium, B. Mariæ:
Domasum, B. Laurentio: Innocentiũ, Sanctis Ger-
uasio, & Prothasio: Sixtum, B. Mariæ: Symmachũ,
B. Andream.

Deinde calumniatur, & obijciunt hæretici,
quod inter rem diuinam faciendam, dum Deo
confitemur nos grauiter peccasse, cum eo simul
Sanctos coniungimus, confidentes quoque San-
ctis, nos verbo, opere, & omissione deliquisse. *Re-
spondeo*, cõfiteri nos Deo peccata, quibus ipsum
offendimus, & quorum à Deo veniam precamur
impensẽ. Confitemur verò Sanctis, tanquam pa-
tronis, & aduocatis, quos ascesimus, vt eorum
precibus, & meritis à Deo veniam impetre-
mus.

Tertiò queruntur, quod vota Deo simul, & San-
ctis nuncupemus. Nam inter profitendam Reli-
gionem, Regulares solent cõtinenti oratione vt
dicentes: Voueo Deo; & B. Francisco, vel B. Do-
minico Castitatem, Paupertatem, &c. *Respon-
de*, eos etiam calumniari posse, quod inter emi-
tendam Religionis professionem subiungitur: *Es-
tibi N. Præposito Generali, locum Dei tenenti. Dicendum*
igitur est, posse nos Sanctis aliquid promittere,
sicut etiam fieri solet homini promissio. Sed tunc
Sanctis promittitur id, quod cedit in bonum, hoc
est, in obsequium, & honorem ipsorum: Vt cum
promittimus nos duros calices, aut vestes, aut
quippiam aliud, quod inferuiat vñibus sacræ æ-
dis, in qua reconditæ sunt Sanctorum reliquiæ,
vel Imagines.

Status igitur quæstionis est de Votis, quæ Deo
simul, & Sanctis nuncupantur, in quibus vouemus
aliquid virtutis officium, quod totum cedit in
bonum nostrum, nimirum, castitatem, & pauper-
tatem.

Dicendum est, eiusmodi Vota non fieri San-
ctis, sed Deo, Sanctos verò nominamus vnã cum
Deo, cum vouemus, quia significare volumus nos
eos, vt voti nostri testes adhibere; item, vt aduo-
catis adsciscere, vt eorum patrocinio promissa
seruemus, & exoluamus. Item, vota facimus
Sanctis, vt Dei locum tenent, & Dei vice fun-
guntur? Nec est, quod obrudant, continenter
nos dicere: Voueo Deo, & B. Francisco: Deus e-
nim inspector est cordium, & mentium, & sen-
tentię potius eius, qui orat, quàm vocis rationem
habet.

Postremò obijciunt nos altaria Sanctis erige-
re, thura adolere, dies festos instituire, ieiunia
consecrare, Missarum sacrificia offerre: obijciunt
isti calumniatores perfidi, institutas esse Missas
huius vel illius Sancti, peregrinationes nos in San-
ctorum cultum suscipere, deniq; Sanctos nos in-
uocare, vt morbos depellant, pestes arceant, vt
nos saluos, & incolumes seruent, & tanquam cer-
torum locorum præfides, & quorundam morbo-
rum curatores, & medicos. Quæ omnia sapiunt,
nugantur isti, Idololatriam, & Gẽtilitiam super-
stitionem. Ad horum singula *Respondeo*: Alta-
ria soli Deo dicantur, quatenus sunt, in quibus sa-

cificia offeruntur: at verò dicuntur altaria cer-
torum Sanctorũ, quia eorum corpora, reliquiæ,
vel Imagines in eis collocantur. Thura verò ad-
olemus Sanctis, non tanquam Deo; sed quia tem-
plum ipsum, vel altare thure expiatur. Præterea
dies festos Sanctis dicimus, vt in ipsis eos hono-
remus, eorum res gestas prædicemus, celebra-
mus, & eorum patrocinium inuocemus: eorum-
que peruigilia pariter ieiunio colimus, quia o-
ptamus eorum precibus, & meritis nostra ieiun-
ia Deo grata, & accepta fieri. Missarum porò
sacrificia non Sanctis offeruntur, sed Deo: hæc ve-
rò, aut illæ Missæ dicuntur esse huius, aut illius
Sancti, quia inter rem diuinam faciendam Sancti
memoriam facimus, vt pro nobis oret, & vt sacri-
ficia nostra ipsis precibus, & meritis Deo grati-
ora reddantur. Peregrinationes itidem suscipi-
mus, non quod eas Sanctis offeramus; sed quod
sacram ædem inuisamus, in qua sunt corpora, re-
liquiæ, cineres, vel imagines Sanctorum, vt ibi
Deum oremus, & Sanctorum opem, & auxilium
imploremus. Insuper oramus Sanctos, vt pestem
arceant, vt morbos pellant, bella, & alia mala pro-
pulsent, nosque seruent incolumes, nimirum suis
precibus, & meritis, & patrocinio, & auxilio apud
Deum. Quod si apud Patres aliquando legamus
preces, quæ ad Sanctos funduntur, in quibus peti-
tur, vt nostri eos misereat, nos respiciant, nos sal-
uos efficiant. Hæc, & alia interpretari oportet, vt
patres ipsi met intellexerunt; nimirum, vt causa
nostri ea suis precibus, & meritis impetrent.

Quorundam locorum, Sancti, Patroni, & Præ-
fides vocantur, non quod sint Diuinitates: sed
quod in ijs locis eorum corpora, reliquiæ, cine-
res, vel imagines cõtineantur; vel quod Deus eo-
rum precibus ijs in locis aliqua mirabiliter effe-
cerit. Similiter etiam certi Sancti contra certos
morbos, aut ad certa quædam opera inuocantur,
eo quod Deus ea beneficia eorũ precibus, & me-
ritis in nos cõferre voluerit. Ad extremum, cum
nos coram vno Sancto, vel eius imagine precati-
onem Dominicam recitamus, non id facimus,
quod eam precationem ad Sanctum referamus,
aut quod putemus nos in ea precatione cum san-
cto loqui, sed quod preces nostras ad Deũ fufas,
& directas optemus Sancti illius precibus, & me-
ritis ipsi Deo offerri; & vt eius patrocinio fiant
longè gratiores.

Nonò quæritur, An precationes publicæ diri-
gi tantummodò debeant ad Deum Patrem? In
Concilio Carthaginensi iij. can. xxij. decretũ est,
vt nemo in precibus, vel Patrem pro Filio, vel Fi-
lium pro patre nominet: Et cum ad altare assisti-
tur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Ecclesia
igitur ad Patrem per Christum solita est suas pre-
ces dirigere. Nihilominus tamen æque, ac Pa-
trem, Spiritum Sanctum, & Filium orat, vt mani-
festò constat ex Litanis, & supplicationibus pu-
blicis, hymnis, & alijs quibusdam orationibus
peculiariter Filio, & Spiritui sancto dedicatis.
Obijcies illud Pauli ad Roman. 8. *Ipsè Spiritus po-
stulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*: ergo Spi-
ritus sancti est Deum Patrem orare. *Respondeo*,
appellatione Spiritus iuxta Augustinum, Prima-
sum, Sedulium, Bedam, & Anselmum, intelligi
Spiritum sanctum: sed, qui postulat, id est, facit

nos postulare. At secundum Chrysostrum, Theophylactum, & Euthymium, intelligitur spiritus charitatis per Spiritum sanctum nobis infusus, qui postulat pro nobis, &c.

Decimò quæritur, An fas sit Christum Dominum orare, ut pro nobis ipse oret? quod est quæ-
rere, an nobis liceat sic Christum precari, ut dica-
mus; Christe, ora pro nobis? Respondeo, nefas esse
Christum ut Deum precari, uti oret pro nobis:
nam Christus ut Deus, est Patri per omnia æqua-
lis. Sed quæstio est, an Christum ut hominem ora-
re possimus, ut pro nobis precetur? Respondeo,
nulla ratione esse nobis precatione aliqua uten-
dum contra morem Ecclesiæ receptum: Ecclesia
autem nunquam publicè Christum precatur, ut
pro nobis oret, sed ut nostri miseretur: nam pre-
ces non ad naturam humanam, sed ad personam
in natura subsistentem diriguntur: at persona Chri-
sti una est, & ea est persona filij Dei.

Vndecimò quæritur, An Christus in cælo pro
nobis oret, quatenus homo est? nam certò constat
olim eum in terris pro nobis sæpius orasse. Sunt,
qui censeant, nequaquam esse dicendum, Chri-
stum in cælis pro nobis orare: nam orare, est ac-
tus alicuius suppliciter sese Deo subijcientis, &
vel inflexo genu, vel submisso capite, vel inclina-
to, aut prostrato corpore aliquid petentis: At
Christus in cælis se hoc modo non habet. Res-
pondeo, Christum in cælis pro nobis orare, pe-
tendo aliquid à Patre, & ostendendo illi sua me-
rita, & opera, quæ in terrâ pro nobis gessit. Nam
ad Rom. 8. dicitur: *qui etiam interpellat pro nobis*, &
ad Hebr. 9. *Introiit in ipsum cælum, ut appareat nunc
cultui Dei pro nobis*. Et Ioannes in prima Canonica:
Sed & si quis peccauerit, advocatum habemus apud Patrem
Iesum Christum iustum: Et ipse Christus cum dixisset
Discipulis suis, ad Patrem se rediturum, ait:
Rogabo Patrem, & aliam Paraclitum dabit nobis. Et rur-
sus: *Illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia
ego rogabo Patrem pro vobis*. At verò Christus in cælis
Patrem non orat voce supplicum hominum,
qui genu flectunt, caput submittunt, pectus pu-
gno cædunt, corpus prosternunt, & expansas pal-
mas in altum attollunt: hæc enim vel horum ali-
qua Christo in terris agenti conveniebant, sed
non ad Patris iam dexteram confidenti.

Duodecimò quæritur, An Sancti pro nobis in
cælis orent? Respondeo, dubitari non posse, quin
pro nobis orent, quia nos magna charitate, & a-
more prosequuntur: *ut ante dixi, preces nostras
quamvis intra mentem omnino latentes exaudi-
unt: ea quoque mala, quibus premimur, & bona,
quibus indigemus, nota, & perspecta habent*. Vn-
de Petrus: *Dabo autem operam, & frequenter habere vos
post obitum meum, ut horum memoriam faciatis*. Apoc. 5.
describuntur viginti quatuor seniores in cælo
procidisse coram throno Dei, habentes singuli
phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt
orationes Sanctorum. Item Angelos Sanctos in
cælis pro nobis orare, clare Scripturæ docent,
quia testantur, eos nostri curam habere, Tob. 12.
Zach. 1. Apoc. 8. Daniel. 10. & Matth. 18. **S E D**
Q U A E S T I O E S T, An Sancti orent pro ijs, qui
pœnis purgatorij expiantur. Sotus in 4. dist. 45.
quæst. 3. art. 2. ad finem, videtur docere, non pro illis
orare: sed eum manifestè communis Ecclesiæ v-

sus conuincit, quæ in suis publicis supplicationi-
bus sic Sanctos conueit orare: *Sancte Petre ora pro
eo, &c.* Quanquam arbitror Sotum eo loco solum
docere voluisse, Sanctos cæli ciues non orare pro
illis satisfaciendo, sed impetrando. Nam S. Tho-
mas in 4. d. 45. quæst. 3. art. 3. ad 6. ait, aliter orare pro
mortuis Ecclesiam in terris, aliter Sanctos in cæ-
lo, quia Ecclesia orat pro illis impetrando, & sa-
tisfaciendo, Sancti verò orant impetrando, non
satisfaciendo.

Quæres, An Sancti, qui ante Christi ascensum
in cælos apud inferos detinebantur, pro vitiis o-
rauerint? Respondeo, solitos fuisse orare, ut con-
stat ex 2. Machabæorum ca. 15. vbi Iudas per visio-
nem vidit Oniam Pontificem, & Hieremiam pro
populo Iudæorum orantes. & Hierem. 15. dixit
Dominus ad me: *Si festerint Moyses, & Samuel coram me,
non est anima mea ad populum istum*. **S E C U N D O R O-**
G A B I S, an iusti, qui ignibus purgatorij debitas
peccatorum pœnas exolunt, pro nobis orent?
Dux sunt opiniones: nam S. Thomas secunda secon-
de, quæstione 83. articulo quarto, ad 3. & in 4. dist. 45.
quæst. quarta, artic. 5. q. 2. ad 2. & Alex. par. 4. q. 2. c.
memb. 3. art. 4. ad 4. censent, eos minime pro nobis
orare, licet orent pro seipsis: quia nondum sunt
cælestem hæreditatem adepti, & acerbissimè cru-
ciantur. Deinde, quia eorū potius est pœnas lue-
re: quàm suorum amicorum patrocinium susci-
pere. Præterea, quia Ecclesia nunquam eos orare
consequitur. Contra alij opinantur, & eos pro no-
bis orare, & posse nos ad eos preces dirigere, quia
Dei gratia, & charitate sunt præditi, & vel Ange-
lorum ministerio, vel Dei munere possunt pre-
ces nostras cognoscere. Nec impedit pœnarum
acertitas, quam sustinent, quin pro nobis orent:
quoniam Martyres dum sequissimè torquebantur,
pro suis etiam tortoribus precabatur. Postremo,
quia refert B. Gregorius lib. 4. Dialog. c. 40. de quodam
Paschasio hitoriam, cuius anima pœnis pur-
gatorij expiabat, & nihilominus eius meritis,
ac precibus mirabilia quædam efficiebantur. Hanc
opinionem sequitur Medina, de oratione, q. 4. f. de a-
nimabus etiam. & Sot. in 4. dist. 45. q. 3. ar. 1. versus finem,
ait: *Fortasse anime iustorum, quæ igne purgatorio detine-
tur, cum charitate sint prædite, non impediuntur, quin orent
pro nobis*. Sed hoc est tenuissimum cõiecturæ agere.

S. Thomas, cuius sententiæ communis Theolo-
gorum schola subscripsit, cõset eos pro nobis ne-
quaquam orare, quia nondum sunt in eo vitæ sta-
tu, & conditione, in quo pro nobis oratur. Et ad
illud Gregorij de Paschasio respondet, in 4. d. 15.
q. 4. ar. 5. q. 2. ad 3. ea miracula contigisse obstudii,
& pietatem eorū, qui bona fide ipsum precaban-
tur: putabant enim, eum fuisse iam ad cælestes se-
des admissum. Voluit tamen Deus edito miracu-
lo ostendere illius vitam sibi gratam, & acceptã
fuisse, quamuis adhuc contractas in hoc mundo
maculas pœnis purgatorij eluebat. Pasch. asium, in-
quit, in purgatorio non orabat pro alijs, sed oratio ad eum
sua exaudita est propter fidem orantium. Sic ille.

Decimotertiò quæritur, An eos singulos, qui
sunt cælestem hæreditatem affecti, iure possi-
mus orare, etiam paruulos, qui sacro Baptismate
abluti, statim ad supernam patriam conuolati sūt?
Respondeo, Ecclesiam ad Angelos quidem singu-
los bonos preces dirigere, at verò non singulo-

rum iu-

2. Ioan. 2.

Ioan. 14.

2. Pet. 2.

rum iustiorum, & beatorum animas, qui sunt in cælestibus collocati sedibus deprecatur: priuatim tamen quisque potest eas singulas animas orare, quas pie credit esse in cælum receptas ad gaudia sempiterna.

Decimoquarto queritur, An præcepto obligemur ad Deum orandum; & quando eiusmodi præceptum obligationem inducat? Respondeo, inter omnes conuenire, esse præceptum orandi, esseque iuris naturalis: nam recta ratio præscribit, uti Deum oremus, ut precibus ab eo peccatorum veniam, diuinam gratiam, & charitatem, & cætera, quæ sunt ad vitam æternam necessaria impense petamus. Vnde Scripturæ testantur: *Oportet semper orare; ite, sine intermissione orare.* SED QVARE SIT IO EST, quibus nam temporibus huiusmodi lege teneamur. Nec in præsentia querimus, quandoam iure scripto, quod positiuum vocatur, preces fundere, & orare cogimur: sed quam certam tempora orationi ius naturale præscriperit.

Syluester verbo, *Oratio, questio. 8.* tenet obligari singulos ad orandum, cum primum rationis vltimum attingunt; deinde, quando probitas, & virtus cuiusque vehementer hostium telis, & incurribus tentata agitur: Postremo, quando proximus grauissimè indiget remedio ad vitam spiritualem, vel temporalem conseruandam necessario: Vt si duo dillicti gladijs dimicent inter se acriter, & de capite, ac vita periclitentur. Angel. *verbo oratio, nu. 20. M. di. de oratione qu. 11. & Ledelm. 4. questio. 26. artic. 3.* Nauarr. *de hōis Canonici, cap. 3. numer. 14.* docent vnumquemque orare debere vi legis naturalis, cum eius virtus, & probitas vehementer tentatur, aut cum graui afflictionum, & calamitatum, & aliorum malorum pondere premittitur, aut cum in probabile mortis periculum incidit. Alii addunt, etiam obligari nos ad orandum, cum ad rem diuinam audiendam diebus dominicis, & festis accedimus: putant enim, eadem lege, qua Missæ sacrificio interesse debemus, obligari nos ad orandum. Sed secundum Durand. in 4. d. 15. quest. 12. & Palud. 4. d. 15. quest. 5. artic. 1. nulla est ratio, quæ conuincat, in huiusmodi temporibus teneri nos orandi lege. Nam cum quis incipit uti ratione, factus est, si omne tunc peccatum deuiterauerit, ac id boni præstiterit, quod tunc occurrerit. Nec item si dæmon, vel alius quispiam nos grauius tentet, ut à Dei gratia, & charitate deiciat, cōtinuò sequitur, ut ad orandum obligemur: sunt enim in promptu alia remedia, quibus dæmonem, & alios hostiles incurfus propulsare possumus. Nec Missæ sacrum audiendi præceptum adstringit nos ad orandum.

Quo igitur tempore, dices, orandi præcepto, ac lege tenemur? Respondent Durandus, & Paludanus multa esse iuris naturalis præcepta, quæ certum tempus minimè præscribunt, è quibus est ieiunandi, & orandi præceptum. Vnde præscripto humanarum legum in his certa tempora constituantur. Quare sicut ieiunandi lex definita tempora habet decreto Ecclesiæ, voto, vel iureiurando cuiusque, aut præcepto Superioris: sic etiã certa tempora cōstituta sunt Ecclesiasticis legibus; nimirum Romanorum Pontificum, vel Episcoporum, vel aliorum Superiorum præceptis, iureiurando, vel voto priuato singulorum, vel præferi-

pto conscientie propriæ; ut si quis existimauerit, se nunc ad orandum, præcepto obligari. Mihi probabile videtur, vnumquemque vi præcepti naturalis orare debere ijs temporibus, quæ supra Angelus, Medina, & Nauarrus expresserunt. Item, ijs temporibus, quibus debet Dei gratiam, auxilium, & opem inuocare, ut impetret à Deo, quæ sunt necessaria ad salutem sempiternam.

Decimoquinto queritur, An soli Deo sit sacrificandum? Respondeo ex Augustino *libr. 8. de ciuit. cap. 27.* & S. Thom. 2. 2. q. 85. art. 2. sacrificare, esse religionis opus, & officium, & soli Deo sacrificia offerri oportere quia offeruntur, ut peccata expiamus, eorum veniam impetremus, bona consequamur, & à nobis aduersa, & mala repellamus: sed Deus auctor est, à quo tanquam à fonte eiusmodi bona promanant. Vnde Concilium Tridentinum *sess. 22. de finiuir, Missæ sacrificium soli Deo offerri. cap. 3. ait: Et quamuis in honorem, & memoriam Sanctorum nonnulli as in eadē Missæ Ecclesiæ celebrare consueuerit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronauit; vnde nec Sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victorij gratias agens, eorum patrocinia imporat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris. Hæc ibi. Et Canone s. eisdem S. Thom. ait: Si quis dixerit, imposturam esse, Missas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione, apud Deum obtinenda, sicut Ecclesiæ inuendit, anathema sit. Ac in Decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ, inter alia constituit. Postremo, inquit, ne superstitionis locus aliquis deus, editio, & panis propofitis caueant (nimirum Episcopi) ne Sacerdotes alij, quam debitis hōis celebrent, neue ritus alios, aut alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesiâ probate, ac frequenter, & laudabili vsu receptæ fuerint. Quorundam vero Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitionis cultu, quam à vera religione inueniuntur, omnino ab Ecclesiâ remoueant: doceant que populium, quis sit, & à quo potissimum proueniat sanctissimi huius sacrificij iam pretiosus ac celestis fructus. Hæc ibi.*

Quæres, quo tempore sacrificandi præcepto tenemur? Respondeo ad eundem modum, quem dixi, de præcepto orandi, nam iure naturali generatim solum modò constituta sunt tempora, sed iure Diuino scripto, vel Ecclesiastico, vel voto, aut iureiurando cuiusque, aut Maiorum, siue Superiorum certa tempora definiuntur: de quibus suo loco dicemus.

Caput XI.

De Peccatis, quæ contra Religionem committuntur.

A Nimaduertendum est, multa esse peccata, quæ Religioni aduersantur: de quibus agit S. Thomas in 2. 2. q. 92. & sequentibus. At præsentis instituti tantum est, ea attingere, quæ ad Idololatricam, Superstitionem, Diuinationemque inanem, & vanam pertinent.

Primum queritur, Quid sit Superstitio, & quod duplex? Respondeo, superstitionem dici vanam, & inanem religionem, eam nimirum, quæ Deo venerationem, & cultum indebitum, defert, aut de-

bitum

bitum denegat, & detrahit. Quo fit, ut duo sint superstitionum genera. Vnum est, quo Deo honor, & cultus indebitus datur. Alterum, quo cultus Deo debitus denegatur, & rei creatæ tribuitur. Primi generis superstitionis est, cum quis Deum honorat, & colit falsis, vanis, & friuolis cæremonijs. Deinde, cum quis Deo cultum tribuit inanem, & vanum, scilicet, commentitia, & futili aliqua cæremonia eum venerando. Futilis autem cæremonia est, quæ nec Dei, nec Ecclesiæ, nec Sanctorum, nec piorum, & doctorum hominum auctoritate, nec certa, aut verisimili ratione instituta est: nam temere illud fit, quod absque ratione vlla probabili geritur. Porro in secundo genere superstitionum reponuntur cæ superstitiones, quibus Diuinus cultus rei creatæ deseritur, qualis est Idololatria; & ex superstitiones, quibus aliquid obtinendum, cognoscendum, prædicandum curat quispiam, quod solus Deus dare, scire, & prænuntiare potest, qualis est Diuinationis.

Secundò quæritur, Quæ peccata Idololatriæ nomine significantur? Respondeo, Idolum, esse falsi alicuius numinis effigiem, & simulacrum, quod numen inane, & vanum repræsentat. Vnde Imagines Dei, Angelorum, & Sanctorum cæli ciuium Ecclesiastici Scriptores Idola nequaquam appellant, sed Imagines, ita ut Imago apud eos sit propriè germana veræ, & certæ rei alicuius effigies, & similitudo; Idolum verò, Imago rei inanis, & vanæ, vel falsæ rei similitudinem referens. Græcis enim, Idola sunt, quæ Latinis simulacra, aut spectra. Vnde vanæ mortuorum vmbre, & falsorum, & inanium deorum effigies, & statux, Idola, & simulacra nuncupantur. Idololatria igitur est, Idolorum, nimirum inanium, & falsorum numinum cultus, quum honore, & veneratione diuina rem aliquam creatam dignamur: cuiusmodi est, Idolo thura adolere, sacrificia offerre, altaria, & templa extruere, genu flectere, caput aperire, pectus pugno percutere, corpus humi prosternere.

Quæres, an qui metu mortis hæc, aut similia coram Idolo fecisset, lethali ter deliquisset. Respondeo, metu mortis neminem tale quippiam facientem excusari posse: quoniam est per se, & intrinsecè malum, diuinum cultum rei creatæ, vel vanæ deferre. Quæres deinde, an Idoli cultus possit per ignorantiam excusari? Respondeo, tale crimen adeo euidenter cum recta ratione pugnare, ut in nullum planè hominem quantumlibet rudem, & rerum omnium ignarum, eius ignorantia cadere possit. Quæres insuper, an is quoque grauitèr delinquat, qui ficto, & simulato animo Idolo cultum diuinum tribuit, ut probabile mortis periculum euadat? Respondeo, grauitèr peccare, quia etsi Idololatriæ crimen mente, & animo non perpetret, ore tamen ipso, vel facto perpetrare censetur. At vero opere externo diuinus honores rei creatæ, aut falsæ, & vanæ tribuere, quamuis fictè, & simulatè, per se, & intrinsecè malum est, nec potest vlllo metu mortis à peccato excusari.

Tertiò quæritur, An Christiano fas sit operas suas locare, auxilium, vel opem præstare ad extruenda fana, & delubra Idolorum, vel aras, aut

altaria erigenda, vel consuendas vestes ad Idolorum cultum, & Paganorum ritus supersticiosos destinatas? Respondeo, nefas esse, ut docet S. Thomas 2.2. q. 109. art. 2. ad 4. nam operari cum Paganis in ijs, quæ ad superstitionem ipsorum spectant, est consensum eorum superstitioni præstare, loquitur enim S. Thomas de fanis Idolorum, quatenus in Idolorum honorem, & cultum ædificantur.

Quæres, an nefas quoque sit eorum fana adire, & ingredi, & inuisere? Respondeo, nefas esse, si inuisantur ijs temporibus, quibus ibi supersticiosa illa sacra celebrantur, tunc enim pij viri offendi meritò queunt: non tamen si alijs temporibus inuisantur ad eum finem, quo eorum structura, ornatus, & pulchritudo spectetur, vel etiam, atque id multo magis, si opus sit, vbi occasio se dederit, fas est, inuisere, ut irideatur, atque contemnatur eorum supersticiosa, & vana religio: item ut eorum impia secta commodius confutetur.

Quartò quæritur, An liceat Christiano vendere Paganis, ea, quibus eos vfuros nouit ad supersticiosos Idolorum cultus, & vanos suos ritus, & cæremonas? Hanc quæstionem supra tractati, vbi aliam similem solui, cum nimirum de Paganis, & eorum ritibus, & moribus euitandis agerem.

Quintò quæritur, An Christiano fas sit cum Paganis epulari, vel eos ad sua conuiuia, & epulas vocare? Hanc etiam quæstionem supra dissolui, cum ea etiam, qua quæri posset, an liceat Christianis cum Paganis societatem inire, eorum consuetudine, & familiaritate vti, cum eis commercia contrahere, eorum auxilium petere in libello contra Christianos suscepto.

Caput XII.

De Peccatis, quæ per Diuinationem committuntur.

PRIMO quæritur, Quodnam sit Diuinationis crimen? Respondeo cum S. Thoma 2.2. q. 95. artic. 1. Diuinationem esse prædictionem, siue præsentationem, & scientiam rerum futurarum. At Diuinatio, quatenus peccatum est Religioni contrarium, est prædictio, siue præsentio rerum latentium, ex inspectione, & notatione rei alicuius petita, vel ducta, & sumpta. Ut cum quis ascendendum, sciendum, prænuntiandum aliquid abditis, & reclusis curat rerum creatarum signis notatis, & obseruatis. Porro soli Deo nota sunt futura fortuita, hominis internæ cogitationes, & affectus, & quæ libera Angelorum, vel hominum voluntate fiunt; demum supernaturalia mysteria, & arcana fidei, & gratiæ. Diuinatio igitur id eo est peccatum, quia per eam quis studet prænoscere, & prædicere fortuitos rerum futurarum euentus, vel alia penitus occulta, quæ hominum cognitionem omnino latent, ac fugiunt.

Secundò quæritur, Quot sint Diuinationis genera, vel species? Respondeo cum S. Thoma 2.2. q. 95. artic. 3. plurimas: nam futura, & penitus latentia prænuntiantur astrorum signis notatis, aut corporis humani membris, aut aliorum animantium

partibus,

partibus, aut elementis, aut somnijs, aut auium volatibus, vel cantibus, aut mortuorum ossibus, vel cadaveribus, aut monstris, ostentis, ominibus, sortibus, & alijs huiusmodi obseruatis, & inspectis.

Tertio queritur, An dicti Diuinationum gradus, & modi sint vera species inter se distinctæ, ita vt in sacra peccatorum confessione explicari debeant? Nam videtur specie differre, cum res ipsæ, quarum obseruatione quispiam diuinat, specie distinguantur. Respondeo, non esse species ita inter se diuersas, vt eas ob hanc rationem inter conficiendum oporteat referre, & exponere. Nam res ipsæ per id, quod naturaliter sunt, specie distinguuntur, vt liquido constat: at secundum id, quod ad mores attinet, specie non differunt, non enim specialem contra rectam rationem deformitatem habent omnes diuinationum modi. Vt si quispiam coniectando diuinet notatis astrorum signis elementis, vel auium volatibus, aut cantibus: item si quis diuinet obseruatis signis, quæ videntur in igne, aëre, aqua, vel terra. Nunc ad singulas Diuinationis partes veniamus.

Caput XIII.

De Diuinatione per astra.

Queritur primo, Quid mali in se Diuinationi per astra? De hac re in cap. Igitur. 26. q. 3. ex Iudoro lib. 8. Etymolog. cap. 9. in cap. Non licet. 26. q. 5. & S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 5. Respondeo, huiusmodi diuinationem pertinere ad eam Astrologiæ partem, quæ Diuinatoria, & Iudiciaria ab Astronomis vocatur. Olim siquidem Astrologi, vt patet ex cap. illis. 26. q. 2. & 1. 2. c. de Maleficijs. & Mathematicis. c. de Episcop. audientia. Mathematici, Genethiaci, & Planetarij dicebantur, qui vanam, & falsam syderum, & astrorum scientiam professi, ex motu syderum, & astrorum prædicebant futura fortuita, aut præsentia, & præterita penitus hominibus occulta, aut ex hominum ortu, & natali die, aut quatuor alia temporum, & momentorum obseruatione, & notatione iudicabant, & prænuuntiabant de cuiusque hominis statu, conditione, vitæ curso, honoribus, diuitijs, nuptijs, sobole, salute, morbis, morte, itinere, certaminibus, inimicitijs, simulationibus, odijs, carceribus, exilijs, cæditibus, alijsque varijs discriminibus, & fortuitis rerum euentibus aduersis, vel prosperis. Aiunt enim vim quædam esse in signifero orbe, qui Græcè Zodiacus dicitur, & eam talem esse, vt eius orbis vnaqueque pars alio modo moueat, immutetque cælum: proinde vt quæque stellæ in ijs, sint in ijsque partibus sint quouis tempore, eam vim variè moueri ab ijs sideribus, quæ vocantur Errantia: Cum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius, qui concipitur, aut qui nascitur, aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut quæ consentiat cum tempore anni, & cæli conuersiones, immutationesque, has, aut illas fieri accessu stellarum, & recessu: & has, aut illas tempestates cieri, & alia multa contingere, vt cumque temperatus sit aër: & eo modo infantes, & pueros, qui nascuntur, & qui concipiuntur factus, animari, atque formari, ex eoque ingenia,

mores, animam, corpus, actiones vitæ, casus cuiusque, euentusque finiri: Totumque hoc Diuinationis genus à Chaldejs duxit originem: Valuit apud Babylonios, Assyrios, Persas, Aegyptios, deinde apud Arabes, Saracenos, & quosdam infanos ludæos, quos secuti sunt quidam pauci Christiani.

Notandum igitur est duplicem esse Astrologiam: vnã Naturalem, quæ Agriculturæ, medicinæ, & nauigationi plurimum conducit, & hæc nimirum est, quæ obseruatis syderum, & astrorum orbitibus, occasibus, motibus, cursibus, accessibus, recessibus, moribus, & varijs conjunctionibus, coniectat ea, quæ naturaliter in hoc mundo contingunt, pluuia scilicet, nubes, niues, pruinas, grandines, ventos, serenitates temporum, tempestates, frigora, calores, & alia huiusmodi. Et hæc Astrologia non est iure Canonico, aut Ciuili dånata. Altera est Astrologia, quam Iudiciariam, siue Iudicatricem appellant, quæ syderibus, & astris varios, ac multiplices influxus adscribit, quorum obseruatione, notatione uè certo prænunciat fortuitos rerum euentus, & quæ libera hominis voluntate peraguntur: præterita item, & præsentia hominibus penitus incognita, & occulta, vt furtum, homicidium clam perpetratum: præterea, quæ obseruatis die natali, horis, temporibus, & momentis prædicat futuros hominum casus, totius vitæ cursum, conditiones, & mutationes. Verbi gratia, Titius, qui certo die, hora, & momento conceptus, vel natus est, eo quod certo fidere Oriente, Occidente uè, accedente, vel recedente cum alio coniuncto, vel cum alio ab eo remoto ortus fuerit, certo morbo, aut certo tempore, mense, & die, aut certo loco peribit; vxorem diuitem, sed deformem, aut vxorem pulchram, sed pauperem accipiet; certo Principi, aut Regi gratus erit; ad certam dignitatem prouehetur. Atque hæc tota Astrologia diuinatoria Pontificio iure damnatur 26. quæstion. 3. cap. Igitur, & cap. Non liceat. 26. quæst. 5. cap. illud, & cap. Sed & illud. 26. quæst. 2. & eam, vel ipsi etiam Ethnici Scriptores pugnantissimè confutarunt. Cicero lib. 2. de Diuinatione. Gellius lib. 14. cap. 1. scriptam reliquit egregiam orationem, qua Romæ Phaurinus Philosophus contra vanam Chaldeorum disciplinam acriter disputauit. Vespasianus cum ægrotaret, quibusdam inter se de Cometa colloquentibus dixisse fertur: non mihi, sed Regi Parthorum mortem portendit. Ille enim comatus est, ego sum caluus. Vana profecto disciplina, vana ars. Alioquin enim cur Romani tanto odio Astrologos iudicarios prosequuti sunt? Cur tanto ludibrio habuerunt? Mathematici (sic enim eos vulgus nominabat) ait Tacitus, genus hominum principibus infidam, credentibus fallax, à ciuitate nostra semper prohibentur, sed expelluntur nunquam. Omnium superstitionum vanitates, inquit Varro inter Romanos Scriptores grauissimus, ex Astrologia sua profuxerunt. Tiberius, Vitellus, Diocletianus Ethnici Imperatores latis legibus Astrologos à Romana Republica eiecerunt, vt constat ex Codice de Maleficijs, & Mathematicis, Promiserunt, inquit Cicero lib. 2. de Diuinatione. Astrologi Pöpeio, Craffo, Cæsari lætissima omnia, nõ nisi iam senes, domi cum summa gloria, & auctoritate morituros, at quisque eorum infelicitè, &

Sex. Aure.
in Vespas.

Lib. 1. Hist.
stor.

immaturè perijt. Scribit Arrianus *libr. 8. de reb. ge-
stis Alexand.* Apud Indos Gymnosophistas esse di-
uinandi peritos, nec cuiquam extra illos diuina-
tionem permitti: prædicere autem eos illa tan-
tummodo, quæ vel ad anni tempora pertinent,
vel si qua publica calamitas immineat illic inco-
lis. Si quis eorum ter in diuinando errauerit, silē-
tij perpetua poena mulctatur: nec quisquam ad
interdictum silētium cogere potest, vt loquatur.
Hæc ex illo. Nec quidquam faciunt pro vana di-
uinandi arte ex stellis, id, quod dicitur Gen. 1. fa-
cta esse astra in signa: & id, quod legimus Iud. 5.
*De celo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordi-
ne, & cursu suo aduersus Sisaram pugnaverūt: & id, quod
habetur Plalm. 18. Celi enarrant gloriam Dei, & opera
manuum eius annuntiant firmamentum.* Hæc, inquam, ni-
hil iuuant vanos diuinatores; nam Hier. 10. præ-
cipit Dominus, a signis celi nolite metuere, quæ timent
gentes. Et illud Genesis: *Vt sint in signa,* exponit Glo-
ssa, in signa serenitatis, & tempestatis, & tempo-
ra, hoc est, Veris, Aestatis, Autumni, & Hyemis.
Sint in signa, videlicet, inquit Basilius, & Au-
gustinus, ad huius vitæ vsus necessarios, vt serui-
ant nautis, viatoribus, medicis, & agricolis. Et il-
lud Iudic. 5. *dimicatum est è celo,* videlicet, vt Glossa,
Lyranus, Abulensis, & Caietanus explicant, ful-
guribus, fulminibus, grandine, & pluuia; Stellæ
pugnaverunt, hoc est, vt ait Abulensis, flammæ ig-
nitæ, quæ contra Sisaram cadebant, & vulgo
Stellæ vocantur, vel ipsi Angeli, qui sunt velut
Stellæ lucidæ, pugnaverunt, vel Stellæ ipse vide-
bantur flammæ, & ignes immittere in exercitum
Sisaræ. Stellæ manentes in cursu suo, quia à foli-
to suo cursu non destiterunt; at Iosue 10. Sol, &
Luna steterunt pugnan- te Iosue contra Gabaonitas.
At verò si quis obseruato natali die cuiusque,
& notatis syderum, & astrorum signis probabi-
liter coniectat, eum certa temperatione præditū,
certis animi propensionibus affectum iri: & pro-
inde ingenio, aut corporis viribus, & robore va-
laturum; aut certis morborum generibus obno-
xium fore, Ecclesiasticos Canones, aut Pontificia
iura, aut leges non violat.

Caput XIV.

*De Diuinatione, quæ ex elementorum
obseruatione ducitur.*

A Nimaduertendum est, quatuor esse Di-
uinationum genera, quæ ex animaduersis, &
notatis elementorum signis petuntur, & vocan-
tur Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pi-
romantia: De quibus ex Varrone, & Isidoro in ca.
Igitur. 26. q. 3. Geomantia est, quæ obseruatione alicuius,
quod in aliquo terrestri corpore cōtingit,
futura contingentia, aut alia hominibus penitus
incognita, & occulta diuinat. Hydromantia, est,
quæ notatis ijs, quæ in aquis fiunt, futura, & oc-
culta diuinando prænuuntiat; vt quidam per va-
sculum aqua plenum, res clam furto subreptas,
& fures ipsos penitus occultos, & latentes pro-
duunt, & indicant. Pari ratione est etiam Oeno-
mantia, quæ obseruatis, & notatis ijs, quæ in vi-
no, aut vasculis vini plenis accidunt, futura, &
occulta diuinando prædicat. Aeromantia, varijs

obseruatis aeris mutationibus abdita, & futura
coniectat: qualis etiam est illa, qua quidam signa
iumentis imprimunt, ne comedantur à lupis, vel
ab alijs bestijs. Pyromantia, obseruatione eo-
rum, quæ per res igne accensas fiunt, diuinat, &
vaticinatur: vt cum quis per lignum viride in i-
gnem coniectum, & ad læuam, aut dextram Or-
tum, Occasum, Meridiem, vel Septentrionem
scintillas emittens, occulta, & arcana de-
nuntiat.

Sciendum est, elementorum obseruationes a-
liquando esse Philosophiæ naturalis partes, ex
quibus ducta signa, & diurna animaduersione
notata res futuras, quæ naturaliter, & frequenter
eueniunt, sæpe denuntiant. Ex vario enim elemē-
torum habitu, ex circumfusi aeris, maris, & quæ
mutationibus perspectis, & obseruatis præno-
sci, & prædici queunt pluuia, nimbi, pruinae,
grandines, niues, venti, tempestates, serenitates
temporum, calores, frigora, & aliæ similes tem-
poris varietates. Et hanc scientiam iura non dan-
nant, vt quæ nimirum medicinarum, agriculturæ, &
rei rusticæ, ac militari, & nauigationi plurimum
prodest.

Solum igitur Canones, & Pontificia iura con-
demnant Geomantiam, Hydromantiam, Aero-
mantiam, & Pyromantiam, Oenomantiam, quæ
descriptis quibusdam circulis, & figuris in terra,
cineribus, pulueribus, aquis, igne, aere, quæque
obseruatis certis syderum dispositionibus, qui-
bus ex lineæ, circuli, & figuræ respondere cen-
sentur, futura prænuuntiat, occulta depromit: quam
diuinationis speciem coluerit Arabes quidam Al-
madal, Gerardus Cremonensis, Bartholomæus
Parmensis, Tundinus, & alij huius farinae homi-
nes, vanitatis amatores, cultoresque. Sunt & aliæ
similes vanæ artes vaticinandi; Lecanomantia,
quæ ex pelui, & aqua immissa, nequam dæmon
consultitur. Gasteromantia, per quam non voci-
bus, sed figuris dæmones respondent. Catoptro-
mātia, quæ diuinat ex speculis nitidissimis. Chry-
stallomantia, vaticinium ex terso, & polito cry-
stallo. Dactylomātia, vaticinium per annulos ad
certos siderum situs fabricatos. Onychomantia,
per quam quis vaticinatur ex vngue pueri impol-
luti. Coscinomantia, diuinatio per cribrum. A-
xinomantia, vaticinium per secures. Botanomā-
tia, diuinatio per herbas. Sciomantia, vaticinium
per vmbras siue ex vmbris. Astragalomantia, di-
uinatio ex iactu Astragalorum. Corrabomantia,
vaticinium per aneam thialam. Spatulamantia,
diuinatio per os hirci recens occisi. Hæc diuina-
tionum genera colliguntur ex cap. 11. l. 26. quæstio-
ne secunda, ex cap. Igitur. 26. quæstion. 3. ex cap. Nec mirum
24. quæstion. 3.

Caput XV.

*De Diuinatione, quæ sumitur ex va-
ria volucrum obser-
uatione.*

Tria sunt Diuinationum genera, quæ ex mul-
tis, & varijs petuntur anim signis, Augurium
nempe, Auspicium, & Aruspiciū. Augurium
est, quo

est, quo quis obseruat auium garritus, voces, can-
tus, aut numerum: quibus notatis, futuros rerum
euentus prædicat: ut si cornix à læua canat, cor-
uus à dextra: si tot alites conuolent, aut concu-
nant: si coruum obuium habeas, si aquilam, si
vulturem, si picam, credūt Augures sinistrū quid
portendi. *Auspiciū* est, quo quis ex volucrum
habitu, pastu, volatu, cursu, & motu futura præ-
nuntiat, velut si passeris, si pulli volucrum cibū
respuat: si columbæ fugiant, ac deferant domum,
vel urbem, in qua sunt: si Grues, si vultures celeri
volatu, aut veniant ad loca nostra, aut per loca
nostra transeant: si Aquila in capite alicuius inse-
derit: si cornix à læua, aut coruus à dextera canat,
hoc aut aliud esse euenturum.

Auspiciū est, quo quis inspicit, & animad-
uerbis cæsarum, & immolatatum auium, aut alio-
rum animantium extis, intestinis, fibris, & visce-
ribus, futura diuinat. Teste Cicerone lib. 1. de diui-
nat. hoc diuinandi genus apud Cilices, Pamphy-
lios, Pisidas, Lycios, & Phryges captum est: po-
stea apud Hetruscos maxime viguit: deinde tran-
sijt ad Umbros, & ad Romanos, ita ut primi illi
Urbis reges nihil vnquam sine auspicijs egerint,
& in legibus duodecim Tabularum constitutum
sit, ut nihil sine auspicijs agatur. Et in Vrbe fue-
runt Augurum collegia erecta, & constructa. At
verò Auguria, & Auspicia Chrysippus, Diogenes,
Antipater, Pauertius, Carneades apud Ciceronē,
& ipse quoque Cicero, & vniuersi Philosophi, ex-
ceptis Democrito, & Platone, reiecerunt. Multa
exempla extant de augurijs, & auspicijs apud Va-
lerium lib. 1. cap. 4. 5. & 6. Platoni in cunis paruo-
lo dormienti cum examen apum confidisset in
labellis; responsum est, fore illum singulari di-
cendi suauitate præditum, quod scribunt Cicer.
lib. 2. de diuinat. Vale. lib. 1. ca. 6. Plin. lib. 11. ca. 17. Midæ
Phrygiæ, cum puer esset, dormienti, formicæ in
ostriatici grana congesterunt, ut referunt Cicer.
lib. 2. de diuinat. Valerius lib. 1. ca. 6. eum diuissimum
futurum prædictum est ab auguribus. Deiotarus
rex nihil vnquam nisi auspiciato gerebat: cum ex-
itinere quodam proposito, & iam constituto re-
uertisset, aquilæ admonitus volatu, conclaue il-
lud, vbi erat mansurus, ingredi noluit: quod no-
cte insequenti corruit. Cicer. lib. 1. de diuin. Vale.
lib. 1. cap. 4. Metellus Pontifex Tusculanum petens
ibat, & corui duo in os eius aduersum, veluti iter
impedientes aduolauerunt, vixque effecerunt, ut
domum rediret: sequenti nocte ædes Vestæ arsit:
quo incendio Metellus inter ipsos ignes raptum
Palladium in columbæ seruauit, hoc refert Valer.
lib. 1. ca. 4. Aquila capiti alicuius insidens, secundū
augures significabat eum regnaturū. Galli galli-
nacei in oppido si ita canant, ut nihil intermit-
tant, significari, augures dicebant, eius oppidi ex-
ercitum cum hoste pugnantē victorem: eod quod
avis illa victa silere soleat, contra verò, si vincat.

Sed notandum est, ex quibusdam, auium, pisci-
um, & aliorum animalium frequētibz cantibus,
volatibus, & motibus sæpe posse futura proba-
biliter intelligi, & coniectari, quæ solent frequē-
ter naturaliter euenire. Ut ex cōcicato certarum
volucrum pastu, cantu, aut ex piscis frequēti mo-
tu, aut alterius animalis celeri cursu conijcimus
probabiliter futuros imbres, ventū, serenitatem,

tempestatem, maris tranquillitatem: Et hanc di-
sciplinam, peritiam, & artem iura non impro-
bant, sed priorem illam, quæ quidam fortuita di-
uinant, aut occulta, & arcana vaticinantur, & pa-
tescunt. Item Augurium, & Auspicium ali-
quando latius accipiuntur, ita ut significant quæ-
libet rerum futurarum diuinationem. Si obijcias
id, quod in Scriptura Gen. 4. 4. dicit de Ioseph dīp-
sator domus eius: Scyphum, quem furati estis, ipse est, in quo
bibit Dominus meus, & in quo augurari solet. Et ipse Io-
seph postea dixit fratribus suis: An ignoratis, quod
non sit similis mei in augurandi scientia. Respondeo cum
S. Thom. 2. 2. q. 95. a. 7. ad 1. ex August. in lib. questionum
super Genes. ca. 145. eo loco id Iosephum dixisse, non
quod augur esset, sed quod vulgi opinione augur
haberetur: eodem modo accipiendum est id, quod
de eo dixit dispensator domus eius. Porro dam-
nantur auguria Deut. 18. non inueniatur in te, qui obser-
uet auguria, & in iure Canonico 2. 6. q. 3. c. Iguur. lege
S. Thom. 2. 2. quest. 95. art. 7.

Caput XVI.

De Diuinatione, que ex corporis huma-
ni membris, & partibus
ducitur.

Observandum est, huiusmodi Diuinationem
esse triplicem: Chiromantiam, Pedoman-
tiam, Metoposcopiam; quidam addunt Onycho-
mantiam. *Chiromantia* est, qua quis in anuum cer-
tis quibusdam lineis inspectis, hominis statum,
& vitæ conditionem, ac fortuitos euentus, tū sce-
lices, & prosperos, tū infaustos, & aduersos præ-
nuntiat. *Pedomantia*, est, qua quis obseruatis pe-
dum signis, eadem & similia diuinat. *Metoposco-
pia* est, qua quis animaduerfis, & notatis frontis,
vel totius vultus lineamentis, & signis hominis
futuros casus prædicat. *Onychomantia* est, qua
quis ex vngue pueri impolluti vaticinatur. Et qui-
dam ita sunt audaces, & temerarij, ut id asserant
in Scripturis significari, Iob 37. Qui in manu omnium
signat, ut noverint singuli opera sua. Certè temeritatis
est, ad Chiromantiam vanam, & superstitiosam,
eum Scripturæ locum detorquere: Iob ergo ita
loquentis, longè alius sensus est: Nutu Dei, & mi-
nisterio, ac opera naturalium causarum tantam
niuis, pruinae, & imbrum copiam aliquando de-
scendere, ut frigora sæuiant, & manus hominum
quasi vinculis astrictæ ita torpeant, & ita velut
sigillo obsignatæ, & clausæ sint, ut rectè suo offi-
cio fungi nequeant. Qui in manu omnium hominum si-
gnat, hoc est, obsignat, & claudit, nimirum frigus
ex niuis, pruinae, & pluuiæ copia proveniens, ut
noverint singuli opera sua, significat; Ut quisque agnos-
cat se effectum ineptum ad sua opera faciendā,
seu, ut singuli sciant, quando sit operandum, &
quando ab opere cessandum. In Concilio Mileui-
tano ca. 8. citatur hic locus iuxta LXX. editionem
Græcam: Qui in manu omnium hominum obsignat, ut sciat om-
nis homo infirmitatem suam, quasi dicat, tempestatem,
niuis, & pluuiæ sæuiens frigus, etiam Deus in manu
cuiusque, ut sciat infirmitatem suam. Sensus est, ut sci-
at frigore se ita torpere, ut nihil nisi Deo iuante
possit efficere: siue, ut sciat, se copia niuum, plu-
uiarum, & frigorū à suis operibus impediti. Gre-

gorius, & S. Thom. interpretantur: *quj in manu, hoc est, in promptu signat, id est, instinctum naturalem tanquam figuram impressit, quo quisque nouit tempora, & quid singulis temporibus fieri expectat: quando laborandum sit, & quando aliquid aliud faciendum.*

Sciendum quoque est, esse *Phylognomiam* Philosophiæ naturalis partem, quæ corporis humani membra, præsertim humeros, pectus, manus, pedes, frontem, nasum, oculos, supercilia, aures, caput, & vniuersam faciem obseruat, & inspicit; quibus notatis probabiliter cõiectat naturalem totius humani corporis temperationem, naturales item animorum affectiones, bonam, ac malâ hominis veletudinem: Et hanc obseruandi rationem, nec leges ciuiles, nec canones, aut pontificia iura condemnant.

Præter hanc est altera *Phylognomia* astrologica, quæ tota est commentitia, pontificio iure damnata. Hæc corporis humani partibus, præsertim, manibus, pedibus, naso, auribus, oculis, supercilijs, fronti, faciei, capiti respondere confingit certos planetas, hoc est, errantes Stellas: quarum omnium signis inspectis, & notatis, prosperos, & aduersos hominis euentus, & casus intellegere se putat, & prædicat audacter.

Caput XVII.

De Diuinatione per somnia, quæ Græcè dicitur Onirocritica, vel Oniromantia.

Pythagoras, Plato, Chrysippus, Iâblicus, Plotinus, Porphyrius, Platonici, & Stoici multum somnijs tribuerunt, & ea aliquid diuinitus portendere putauerunt. Contra Epicurus, Metrodorus Chius, Xenophanes Colophonius, & Epicurei omnes, & Cynici Philosophi, & apud Romanos Cicero *lib. 1. de Diuin.* vniuersam ex somnijs diuinationem e medio sustulerunt, quod ridiculum putarent somnijs aliquid diuinitatis inesse. Peripatetici verò partim probant, partim improbant. De interpretatione somniorum apud Gentiles scripserunt Antiphon, Philocias, Artemon, & Serapion Alcalonites. Et teste Suida Artemidorus Daldianus de interpretatione somniorum quatuor libros composuit.

Notandum est, somnia aliquando diuinitus immitti, vt planè ex sacris literis constat, & non solum pijs, ac bonis viris, sed etiam impijs, & impuris, vt patet in Pharaone, & Nabuchodonosore. Præterea somnia nonnunquam à natura contingunt, nam quæ vigilantes sæpe cogitauimus, egimus, aut facere deliberauimus, per quietem sese nobis offerunt. De hac somniorum naturali specie, ait Macrobius *lib. 1. de somnio Scip. cap. 3. cura oppressi animi, vel corporis, vel fortuna qualis vigilantiem fatigauerit, talem se ingerit dormienti: Animi, si amator delictijs suis, aut fruemem se videat, aut caritatem si metuens quis imminentem sibi, vel insidijs, vel potestate personam, aut incurrisse hunc ex imagine cogitationum suarum, aut effugisse videatur: Corporis, si vino ingurgitatus, aut distentus cibo, vel abundantia præfocari se existimet, vel grauantibus exonerari: aut contra, si esuriens cibum, aut potum sitiens, desiderare, quærere, vel etiam inuenisse videatur: fortune, quæ*

*se quis existimat, vel potestiam, vel magistratu, aut augeri pro desiderio, aut exui pro timore. Hæc & similia his, quoniam ex habitu mentis quietem sicut præueniam, ita & turbantur dormientis, vna cum somno adualant, & pariter euanescunt. Hæc ille. Profectò, qui esurit, somniat interdum se comedere, qui sitit, somniat se bibere. Interdum etiam somnia proueniunt pro varia corporis temperatione, & dominantium humorum occurfu. Nam vbi sanguis dominatur, læta somnia contingunt, redundante semine somniat quis venerea: cui plena est vesica, is somniat lacus, flumina, vbi Bilis atra viget tristitia, & aduersa dormientibus sese offerunt, vbi Flaua bilis, tunc inquiete, & somnis occurrunt pugna, iurgia, lites, enusum, & armorum strepitus. Cum verò Phlegma abundat somniamus aquas, fõtes, flumina, pluias, imbres, prætaque virentia. *Secundum studii, ait B. Aug. lib. de Spir. & Anima, c. 25. quæ quisque exercuit, somniat: & solitarium artium simulacra in præsentia mentis impressa apparent in somnis. Iuxta etiam infirmitatum diuersitates diuersa accidunt somnia: Etiam secundum morum, & humorum diuersitates variantur & somnia. Alia namque vident sanguinei, alia cholericæ, alia phlegmaticæ, alia melancholicæ. Et cum illi vident rubea, & variatissimi nigra, & alba. Sic ille. Aliquando somnia Dæmonis opera, & ministerio proueniunt: Dæmon enim vim habet humani corporis humores permutadi, & permiscendi: quibus variè commixtis, multa nobis dormientibus visa contingunt. Postremò somnia temerè solo animi nostri motu solent accidere. Animus enim hominis suaapte natura huc, & illuc cogitando distrahitur, rapitur, & distractus huc, & illuc fertur, & monstra confingit: apud se etenim rerum imagines, & simulacra conseruat, & alias ex visis, auditis, vel alio sensu perceptis, similes effingit, & inter se commiscet.**

Est igitur animaduertendum, vnde somnijs posse multa naturaliter intelligi. Vnde Medici prædictæter aliqua coniectant, qualis nimirum sit corporis affectus, quæ temperatio, qui humores dominantur, qui animi affectus, & perturbationes. Hæc verò somniorum diuinationes iura non improbat, sed eas, quibus temerè quidam fortuitos euentus, aduersos, vel pro prosperos diuinare contendunt. Et quibus sunt Artemidorus Daldianus, & Abrahamus Iudæus. Et hæc Diuinitio dicitur à Græcis Onirocritica. Olim Stoici ostendere conabantur Deum somnia sæpius immittere, & per ea futurum aliquid præsignificare; quod probabant multis hinc inde cõgestis exemplis, quæ in Hælorijs referrebantur, in quibus multa per quietem visa, ita contigisse postea legimus, sicut in quiete, & somnis visa fuerant: qualia quidè somnia non pauca Tullius *lib. 1. de Diuinatione* commemorat, & refert Valerius: Casar, antequam infesta in vrbem inferret arma, per quietem videbatur sibi videre, se matri stuprum intulisse; & coniectores ad amplissimam imperij spem eum incitarunt. Suetonius *in vita ipsius cap. 7.*

Hippias Pisistrati filius, cum regium affectaret imperium, somniavit se cum matre rem habere. Et postea Athenarum dominio potitus est, Herodo. *lib. 6.*

Allyages Assyriorum rex per quietem vidit ex filia vitem enatam; cuius palmite omnes Asia in-

umbra.

umbrabatur. Consulti arioli responderunt ne-
potem futurum, qui toti Asia imperaret: hic fuit
Cyrus. Herodo. lib. 1. Valer. li. 1. ca. 7. Iusti. lib. 1.

Darius Hytaspis filius in somnis vidit se duas
alas habere; quarum altera Asiam, altera Europam
tegebat. Herod. lib. 3. Iusti. lib. 1. Orofius lib. 1. c. 9. im-
peravit Persis & Europam ex parte.

Xerxes, cum in Graciam exercitum duceret,
somniauit se olea coronari, cuius ramis tota ter-
ra obumbrabatur, at vidit oleam illam confestim
evanescere. Hero. lib. 7.

Octavius Augusti mater vterum ferens, per
quietem vidit sua intestina per omnem terram am-
bitum distendi. Suet. in vita ipsius cap. 94.

Cæsar per quietem vidit se supra nubem voli-
tare, & vertice ipsum cælum tangere. Suet. in vi-
ta illius cap. 8.

Idem Cæsar, pridie quam necaretur, somnia-
uit se iuxta Iouis solium consistere, sed mox è cæ-
lo præcipitatum. Plutar. in vita eius. Valer. lib. 1. c. 7.
Dion, Aurelius Victor.

Sophocles, cum ex æde Herculis patera aurea
gravis surrepta esset, per quietem nox, quis id fe-
cisset, quod semel ille iterum que neglexit; & quia
idem sepius vidit, & somniauit, ascendit in Ario-
pagum, detulit rem, Ariopagita iubent compre-
hendi eum, qui à Sophocle erat nominatus. Is qua-
sitione adhibita confessus est, pateramque retulit.
Cic. lib. 1. de diuinis.

Amilcar dux Carthaginensium, cum obsideret
Syracusas, somniauit, se proximo die in ea vrbe
cænaturum: lætus igitur exercitum comparauit
ad pugnam, castris eius subita irruptione hostium
oppressis, Syracusani eum cæperunt, & vincitum
Intra mœnia sua traxerunt. Itaque cænavit Syra-
cusis captivus, non vt superauerat, victor. Valer.
lib. 1. c. 7. & Diod. lib. 20.

Simonides Poëta, cum ignotum quendam pro-
iectum mortuum vidisset per quietem, & in huma-
num corpus iacentis sepulture mandasset, admoni-
tus ab eo, ne proximo die nauigaret, habebat eni-
m in animo nauem conscendere, remansit in
terranj, qui inde soluerant, fluctibus, & procellis
in conspectu eius obruti sunt. Cic. lib. 1. de Diuinis.
Valer. lib. 1. cap. 7.

Duo familiares Arcades iter vna facientes Me-
garam venerunt, quorum alter ad hospitium se con-
tulit: alter in tabernam meritoriam diuertit. Is,
qui in hospitio erat, vidit in somnis comitem suum
orantem, vt ei subueniret, quod sibi à caupone in-
tericus pararetur, primo perterritus somnio sur-
rexit: deinde cum se collegisset, idque visum pro-
nihilò habendum esse duxisset, recubuit: tum ei
dormienti is ille comes itineris visus est rogare,
vt quoniam sibi viuo non subuenisset, mortem su-
am ne inultam esse pateretur: se interfectum in
plaustrum à caupone esse coniectum, & supra ster-
cus iniectum: petere, vt mane ad portam adesset,
priusquam plaustrum ex oppido exiret: hoc som-
nio ille commotus, mane bubulco præsto ad por-
tam fuit, qua fuit ex eo, quid esset in plaustro bu-
bulcus perterritus fugit, & ille mortuum comi-
tè ex plaustrò extulit: & caupo, re patefacta pœ-
nas meritas dedit. Cic. li. 1. de diuinis. Valer. lib. 1. c. 7.
Hæc & alia, si vera sunt, Dei nutu acciderunt, vnde
non probant somnijs per se esse credendum, ac si

per somnia diuinatio sit certa: quale etiam est, &
Cyro dormienti obiectum esse fertur: nam ei Sol
ad pedes visus est, & cum ter frustra manibus ap-
petiuisset, Sol se conuoluens elapsus abiit. Et Ma-
gi postea Cyro dixerunt, ex triplici appetitione
solis portendi, eum triginta annos regnaturum,
quod ita contigit. Cic. lib. 1. de diuinis. Quale etiam
est illud, quod idem narrat li. 2. de Diuinis. Somnia-
uit quidam se videre onum pendens ex fascia le-
cti sui cubicularis. Detulit somnium ad coniecto-
rem, & interpretem: respondit ille defossum esse
sub lecto thesaurum, fodit, inuenit auri aliquan-
tum idque circumdatum argento, ex vitello oui
aurum declarauit coniector, ex reliquo argentum.
Quale etiam est illud, quod idem Cicero ibidem
refert de Alexandro. Ptolomeus familiaris Alexandri
in prælio telo venenato iñtus fuerat: eoq; vulnere cum dolo-
re moriebatur: Alexander assistens somno est conspicius, &
per quietem vidit draconem radiculam ore ferentem, & si-
mul dicentem, quo illa loci nasceretur (neque is longè abe-
rat ab eo loco) eius autem esse vim tantam, vt Ptolomeum
facile sanaret. Experrectus est Alexander, narrauit amicos
somniauit, & missus est, qui illam radicula quereret, qua in-
uenita, & Ptolomeus sanatus dicitur, & multi milites, qui
erant eodem genere teli vulnerati. Hæc Cic. lib. 2. de Di-
uinis. Illud itidè refert Alcibiadis somnium: qui
paulò ante interitum visus est in somnis amica
esse amictus amiculo. Is cum proiectus esset in
humatus, ab omnibusque defertus iaceret, amica
corpus eius texit suo pallio. Quidam cursor ad
Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis
curru quadrigarum vehi. Mane ad coniectorem
venit: & ille, vinctus, inquit, id enim celeritas si-
gnificat, & vis equorum: iuit ad Olympia, & vic-
cit. Concludit eo libro Cic. nihil esse somnijs tri-
buendum, quoniam, inquit, neque Deus effector est som-
niorum, neque naturæ societas vlla cum somnijs, neque ob-
seruatione inueniri potest sciencia: præsertim cum illi ipsi,
qui ea videt, nihil diuinum, nisi qui interpretantur, coniecturam
adhibent, non naturam. Quod si somnium verum euasit ali-
quod, cur non ex multis positis vni fidem derogemus, quam
ex vno innumerabilia confirmemus? Negauit prorsus
Cicero vllam esse posse diuinationem per som-
nia, negauit Deum posse esse somniorum effecto-
rem, quia putauit ille Deum non prænosse fortui-
ta futura: quia prorsus ea ignota sunt. Ac S. Thom.
2. 2. q. 95. art. 6. docet. Somniorum aliquando Deum, vel
Angelum, aliquando demonem, aliquando naturam causam
esse. Et Ioseph Gen. 40. & 41. interpretatus est omnia
pincerne Pharaonis, & magistrum pistorum, & ipsius Pharao-
nis. Et Daniel interpretatus est somnium regni Babilonie.
Dan. 2. & 4. & aliorum quorundam somniorum
Deum autorem fuisse sacræ literæ tradiderunt.
Diuina insomnia fuerunt, cum Ioseph per quie-
tem vidit manipulum suum consergere, & stare,
& fratrum manipulos coram illo cadere: & cum
iterum vidit Solem, Lunam, & vndecim Stellam
ipsum adorare. In primo significatum est, fore,
vt Ioseph suis fratribus imperaret: in secundo, vt
ab illis, & patre, & matre adoraretur. Quod mul-
tò post contigit.

Porro somniorum genus in quinque species Plato-
nici distribuunt, quas enumerat Macrobius li. 1. de
somm. Scipio. c. 3. & refert Augustinus, videlicet ora-
culum, visionem, somnium, insomnia, & Phä-
tasma. Oraculum, inquit Macrobius cum Platonis,

est, cū in somnijs parens, vel alia sancta, gratiaq; persona, seu sacerdos, vel etiam Deus, aperit euenturum quid, aut non euenturum, faciendum, aut vitandum denunciat. *V*isio autem est, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. *A*nimum peregrē commemorantem, quem non cogitabat visus est sibi reuersum videre, & procedenti obuius, quē viderat, venit in amplexum. *D*epositum in quiete suscepit, & matutinus ei precator occurrit, mandans pecuniam tutelae, & fidei custodiae celandam committens. *S*omnium est, quod rectum figuris, & velatū ambagibus non nisi interpretatione intelligi potest. *I*nsomnium, quando id, quod fatigauerat vigilantiem, sese dormienti quoque ingesserit, sicut sumi cura, cibi, vel potus, vel aliqua studia, vel artes, vel infirmitates. *P*hantasma est visum, cum inter vigiliam, & aduersionem quietem, hoc est, quando qui vix dormire capit, & adhuc se vigilare existimat, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas à natura, seu magnitudine, seu specie discrepantes, variaeque tempestates rerum, vel letas, vel turbulētas. *I*n hoc genere est *iqua* rē, quae publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pōdere suo pressos, ac sentientes grauare. *H*ac Macrobius ex Platonicis. *Q*uā fere eadem refert B. Aug. lib. de Spiritu, & Anima, c. 25. *N*isi quod addit *E*phialtes non est aliud, nisi quedam fumositas à stomacho, vel à corde ad cerebrum ascendens, & ibi vim animalem comprimens. *S*ed profectō superstitiosum est somnijs credere, vt perspicuum est ex *L*euitici, c. 21. vbi dicitur: *N*on augurabimini, neque obseruabitis somnia, Eccl. 34. *V*ana spes, & mendacium viro insensato: & somnia extollunt imprudentes. *T*este Caiet. in sum. cap. *S*omniorum obseruatio: lethale peccatum committit is, qui ob somnium facit aliquid contra leges, Canones, & iura diuina: hoc est, qui ne cōtra somnium faciat, legem grauitur perfringit. *I*tem is, qui vt seruet, quod somniauit, omittit aliquid eorum, quae sunt necessaria ad salutem. *I*tem graui periculo peccati se obijcit is, qui tantam fidem somnijs habet, vt passim somniorum obseruatione ducatur, etiam in ijs, quae imperata nobis non sunt. *N*auar. in Manua. c. 11. nu. 33. *P*eccat, inquit, mortaliter, qui propter ea, quae somniauit, omittit aliquid ad salutem animae necessarium, vel facit aliquid eidem saluti contrarium: licet si non est tale, solum venialiter peccet.

Cap. XVIII.

De Diuinatione per omina.

EXominibus diuinatio est, qua quis obseruatis, & notatis hominum dictis, vel factis ob alium finem, & causam, fortuitos eorum casus letos, ac tristes, infaustos, & prosperos certō diuinat. *O*lim apud gentes frequens, & vītatū erat hoc diuinādi genus, cuius apud Christianos quoque aliqua vestigia mansere. *S*olēt quidam e domo egressi, si pannofum aliquem pauperem, aut si Religiosum hominē primo occurso, aut summo mane offenderint, certō diuinare nihil boni sibi eo die euenturum. *I*tem solent mulierculae appetente die sacro Ioan. Baptistae, lecto surgere, fenestras occupare, & primam vocem transeūcis hominis attentis auribus expectare: & si lætum aliquod verbum audierint, læta omnia eo anno; si triste, tristia omnia sibi futura certō coniectant. *A*liæ faustas, aut infaustas nuptias futuras præfagiunt ex prima aliqua voce humana audita. *A*liæ futurorum maritorū nomina diuinant: nam si prima, quae audiatur vox Petrus fuerit, virum sibi fu-

turum Petrum nomine certō credunt: idemq; de ceteris nominibus credere solent. *A*lij consueverunt ad lectum redire, si, dum calceos pedibus admovent, oscitauerint, aut stertitauerint. *A*lij domum reuertuntur, si cum primo mane exiit puerum obuiam habuerint, aut pedem offenderint. *A*lij verō redeunt domum, si cum summo mane egrediuntur crucis signum, aut fumus, vel aliquid simile inspexerint, vel si vestem fortiter tetigerint, aut polluerint mures. *A*lij diuinant sibi omnia sinistra euentura si pedem finistrū prius casu domo extulerint. *A*ugustus Cæsar teste *P*linio lib. 2. cap. 7. Ignum sibi calceum præposuerat inducūm prodidit, qua die feditione militari prope afflictus est. *S*ternutamenta apud *G*entiles aliquando fausti, aliquando infausti ominis erant. *T*hemistocle ad aras sacrificante, refert *P*lutar. chus in vita ipsius, à dextra sternutans homo augurium fecit, quo præcipui captiui in molarentur. *X*enophonte ad milites concionante, vt ipse testatur in li. 6. sternutans quidam, omen fecit felicissimum, ita vt totius dux militiæ crearetur. *H*ippiæ, dū sternutat, exculsus dens, magnum augurium fecit calamitatis futuræ: vt narrat *H*erodo. in li. 6. *V*nde apud veteres religio fuit in sternutamentis bonum omen, & salutem precari, vt ait *P*lin. lib. 28. ca. 2. *D*e Ominibus refert multa exempla *V*aler. lib. 3. cap. 4. & quædam commemorat *C*icero lib. 2. de *D*iuinat. *C*uiusmodi sunt hæc, quæ sequuntur.

L. Paulus Consul, cū bellum gereret cum Persa rege, & domum ē curia regressus, filioliā suā nomine *T*ertiam osculatus est, & cum eam trisē animaduerneret, interrogauit, quid ita eo vultu esset, quæ respondit: *P*ersam perisisse. *D*eceflerat autem *C*atellus, quem puella in delictijs habuerat, nomine *P*ersa. *A*rripuit igitur omen *P*aulus, & eo fortuito dicto quasi certam spem clarissimi triūphi animo præsumpsit. *V*aler. lib. 1. cap. 5. *P*lutar. in *A*emilio. *I*usti. lib. 33. *C*icero. lib. de *D*iuinat. *I*tem, narrat *C*icero. de *D*iuinat. & *V*aler. lib. 3. cap. 5. aliud omen de *C*æcilio *M*etelli. *C*um enim fororis suæ filiā in matrimonium collocare vellet, & omnis captandi gratia, in facellum quoddam fecisset: neq; cū aliquandiu persedisset, aliqua vox audita fuisset, quæ proposito deseruiret, puellæq; interim longa standi mora defatigata, rogasset materteram, vt in eius sella paululum requiesceret: illaque dixisset, *E*go tibi meas sedes libenter concedo, oten res sequuta est; nam ipsa breui mortua, virginem in vxorem *M*etellus duxit. *T*iberius *G*racchus cum ad res nouas pararetur, auspicia prima luce petijt: & ianuā egressus ita pedem offendit, vt digitus ei decuteretur: qui decessus *C*apitolio à *S*cipione *N*asica fragmento subfellijs ictus procubuit. *V*aler. libro primo, cap. 4. *N*eroni in expeditionem *A*lexandrinam profecturo lacinis surgenti adhaesit: & turbatus est, & superstitione, & periculo. *S*ueto. in *V*ita eius cap. 39. *C*rassi filius contra *P*arthos proditurus in aciem ita pedem offendit, vt humi prostratus concideret. *P*lutar. in *V*ita *C*rassi. *P*etilius Consul in *L*iguria bellum gerens, cum montem, cui *L*ethum cognomen erat, oppugnaret, inter adhortationes militum, dixit. *H*odie ego *L*ethum capiam: qui inconsideratus præliando fortuitum lectum vocis

letho suo confirmavit. Valer. lib. 1. cap. 5. Vnde Poëta de superstitione ex offensione pedis Tibul. lib. 1. leg. 3.

O quoties ingressus iter, mihi tristitia dixi,
offensum in porta signa dedisse pedem.

Ouidius itidem in epist. Laodomie ad Protefilau,

Hunc fateor, volui reuocare, animusque ferebat,
Substitit auspiciij lingua timore mali.

Cum soribus velles ad Troiam exire paternis

Pes tunc offenso limine signa dedit.

Vt vidi, iugemui.

Hoc Diuinationis genus est prorsus vanū, & inane, ac idcirco damnatum in cap. Illud quod. 2. 6. q. 2. de eo agit S. Tho. 2. 2. q. 95. a. 7. Negare tamen non possumus, aliquando dicta, vel facta hominum talia fuisse, vt diuino impulsu, & afflatu futuros rerum euentus præsignificarent: vt Genes. 2. 4. accidit in seruo Abrahæ. 1. Reg. 14. in Ionathâ: Iudicum 7. in Gedeone: Ioan. 11. in Caipha pontifice. S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 7. ad 3.

Caput XIX.

De Diuinatione ostentorum, portentorum, & prodigiorum.

A Nimaduertere oportet, Ostenta, Portenta, Prodigia, &c; Mōstra inde nominari, quod aliquid ostendant, portentant, prædicant, & mōstrent. Narrat Valer. lib. 1. c. 6. Bouem voce humana locutum fuisse. Carnis in modum nimbi dissipatas partes cecidisse: quarum maiorem numerum præpetes diripuerunt aues, & reliquum per aliquot dies, neque odore terro, neque deformi aspectu mutatum iacuit: purum infantem semestrem dicit, in Foro Boario triumphum proclamasse: alium cum Elephantino capite natū. In Piceno lapides pluuisse: in Gallia lupum, vigili è vagina gladium abtulisse: in Sicilia scuta duo sanguinem sudasse. Etiam metentibus cruentas spicas in corbem decidisse. Cerites aquas sanguine mistas fluxisse: in bello Punico secundo bouem dixisse, *caue tibi, Roma. Hæc ille.*

Talia igitur sunt, quæ præter solitum, & cōmunem naturæ usum, & ordinem solent accidere, & aliquem hominibus metum incutere: Veluti, cum sanguis, lac, ranæ, pisces, vna cum pluujs, & imbribus decidunt: item, cum ignium & cometarum imagines insolitæ apparent: cum in aëre pugnantium militum exercitus videntur, armorum strepitus sentiuntur, hominum clamores, voces lugubres audiuntur; depictæ in vestibus, & pannis cruces cōspiciuntur. Si cum femina nascitur, puella biceps nata sit, prædici aiebāt: Ethnici seditionem in populo futurâ: corruptionem, & adulterium in domo, vbi nata esset. Si mulier leonem peperisset, significari id fore, vt ab externis gentibus vinceretur ea ciuitas, in qua id contigisset. Seruio Tullo dormienti caput arsisse fertur. Valer. lib. 1. c. 6. Soli. c. 2. Diony. li. 4. Liu. lib. 1. Et prædictum ei à cōiectoris, siue diuinatoribus fuit eum fulmine periturum. Alij verò diuinarunt eū ad regium fastigium euehendū. Croesi filius cum infans esset, locutus est: quod significasse aiunt, regnum patris, & domum funditus ruituram. Zoroastres eodem die, quo natus est, risisse perhibetur, vt referunt Plin. lib. 7. c. 16. Solin. c. 4. Aug. lib. 21

de Ciui. c. 14. quo risu significatum esse dixerunt diuinatores cum nihil terrestria amaturum, sed cælestia. Sed Aug. nihil, inquit, boni ei monstratos risus ille portendit. Nam magicarum artium perhibetur inuentor fuisse. quæ quidem illi, nec ad presentis vitæ vanam felicitatem contra suos inimicos prodesse poterunt: à Nino quippe rege Assyriorum, cum esset ipse Babilianorum rex, bello superatus est. Hæc August. & Plin. refert, eidem cerebrâ in a palpi esse, cum natus est, vt impostam repelleret manum futuræ, vt ille ait, præfatio scientiæ. In exercitu Xerxis, quem aduersus Græciam contraxerat, equæ partu leporem editū fuisse ferunt: quo genere monstri, dicit Valer. lib. 1. c. 6. Significatus est illius tam magni bellici apparatus euentus. Enumerat Valerius alia multa prodigia, lib. 1. c. 6. aliqua etiam habet Cicero in libris de Diuinatione.

Porrò hæc prodigia, & ostenta aliquando Dei virtute contingunt; aliquando etiam dæmonum potestate possunt apparere. Nonnunquam etiam naturæ vi, ac facultate aliqua, ita raro eueniunt, vt quædam portenta, & prodigia esse videantur. Si arte dæmonum efficiantur, sæpe res veræ non sunt, sed tales apparent: possunt enim dæmones intuentium oculos ita deludere, vt putent homines, se res veras cernere, & intueri, cum tamē veræ non sint. Vanum est ex huiusmodi ostentis, portentis, prodigijs, & monstris, nisi diuinitus eueniant, fortuita, & libera hominum consilia, euenta, & officia velle præscire. Si tamen probabiliter coniectamus, ea naturæ vi esse effecta; probabiliter quoque aliquos naturales euentus conijcere, expectare, & prænuntiare possumus: siquidem vim naturæ non superant.

Cap. XX.

De Diuinatione, quæ ducitur ex Mortuorum vmbis, & cadaveribus.

Primū animaduertendū est, esse genus Diuinationis, quæ Necromātia vulgo dicitur, qua quis vmbis, vel cadaveribus mortuorū inspectis futuros, aut occultos rerum euentus aduersos, vel secundos diuinat. Dicitur etiam Psychomantia, quoniā per eam animæ respōsa, & oracula reddere cōsentur. Præterea, cū quis ex descriptis in mortuorū corporib⁹ certis lineis, figuris, & signis fortuita futura, vel latentia nititur intelligere. Insuper cū quis certo cadaverū cōtactu, futurū aliquid, vel occultū prænuntiat, aut indicat. Postremò, cū quis præscripta verborū forma, aut certis carminibus, descriptisq; circulis, & figuris literarū, characterū notis, mortuos excitare se putat, & ab eis accipere responsa, quib⁹ fortuitos futuros euentus prædicat, aut omnino occulta patefaciat. Notū est, quod sacræ literæ prodiderūt, in quibus legimus, Pythionissam Samuelis animā euocasse, de qua re, quæstio est, an is, qui apparuit, & respōsum Sauli reddidit, fuerit verè Samuel, an verò Demō, qui Samuelis formā, & imaginē refererat, nā hoc secūdū, aut primū potuisse cōtingere, docet B. Ang. li. ad Simplic. 2. q. 5. & Augustinū sequuntur S. Th. 1. p. q. 89. a. 8. ad 2. 2. q. 95. a. 4. ad 2. q. 17. 4. a. 5. ad 4. De qua cōtrouersia agā in quinto Decalogi præcepto, vbi tractabo de Magorū operib⁹, & magicis, quibus Republicæ salutis sæpe nocēt. Hoc diuinandi genus ex Gētilibus originē duxit. Olim

1. Reg. 28.

siquidem oraculorum respōsis miserē delusa est cœca, & vana Gentilitas: credit enim Idolis, simulacris, statuis, & imaginibus mortuorū principum, & regum inesse aliquid diuinitatis. **Dæmones** namque in eis loqui cœperunt, & ad interrogata præbere responsa: quo factum est, vt mortui cæperint euocari, vt vel futura prædicarent, vel penitus occulta aperirent. Totum hoc diuinandi genus iure diuino damnatur Deutero. 18. non inueniatur in te, qui arriolos sciscietur, neq; Pythones consulat. lege S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 4. Est quoq; Canonico, & ciuili iure damnatum. 26. q. 3. cap. 1. g. iur. & l. nemo aruspices. C. de Malefic. & Mathem.

Caput XXI.

De Diuinatione, quæ sumitur ex fortibus.

Observandum est, hoc Diuinationis genus in iure Canonico 26. q. 1. & q. 2. & q. 3. & q. 4. & q. 5. & tit. de sortilegijs, Sortilegium vocari à fortibus legendis, hoc est, eligendis. **Sortilegi** dicuntur, qui per sortes fortuita futura, aut omnino occulta præsentia, siue præterita prænunciant, aut patefaciunt. Sorte quippiã eligunt; velut qui fabas, aut festucas commiscendo, aut cribrum charutulis quibusdã in scriptis furta latentia detegunt, & produnt fures occultos.

Est etiam animadvertendum, in iure Canonico sortilegium interdum amplè, & largè patere, ita vt quamlibet Magicam superstitionem significet. Sicut etiam apud Plinium libro octauo, capit. 4. Sortilegiorum nomine videntur intelligi vanæ omnes Magorum persuasiones. Præterea sciendum est, triplex esse sortium genus, vt docet S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 8. **Aliæ** enim sortes vocantur **Diuinatoriæ**, quibus vtuntur homines, vt sciant, quid cuique sit tribuendum, his vtuntur in conuersionibus, & litibus dirimendis, in hereditatibus, possessionibus, lucris, & alijs bonis communibus diuidendis; in honoribus, dignitatibus, & publicis administrationibus distribuendis, in magistratibus eligendis, & alijs rebus discernendis; vt si duo proponantur æquè idonei, & digni, vel æquè indigentes, & eorum alterutri sit ius, vel aliud emolumentum, & commodum conferendum, solet his, & controuersia forte componi, & dirimi. Et hoc genus sortium, nec iure naturali, nec ciuili est interdictum; quod planè colligitur ex l. Si cum ambo. ff. De Iudicijs. l. Si duobus. C. Communia de legibus. & l. Si qui sunt. ff. Familie erciscunde. De his fortibus scribit B. Augustinus in epist. 180. ad Honoratum, vbi ait: Si inter Dei ministros sit discipatio, qui eorum persecutionis tempore maneant, ne fuga sit omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur Ecclesia, si hec discipatio aliter nõ potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant, sorte eligendi sunt. Et lib. 1. de doctr. Christiana. cap. 18. ait. Si cui abundaret aliquid, quod oporteret dari eis, qui non haberent nec duobus dari potuissent, si tibi occurrant duo, quorũ neuter alium, vel indigentia, vel urgente aliqua neessitate superaret, nihil insum faceres, quam vt sorte eligeres, cui danatum esset, quod dari vtrique non posset. Hæc ille.

At verò in electionibus ecclesiasticis ad dignitates, officia, administrationes, & beneficia Ecclesiastica sortes iure Canonico prohibentur. Nam

in ca. Ecclesia, de sortileg. ad finem dicitur: Sortis vsum in electionibus perpetua prohibitione damnantes. Damnatur meritò, tum ne ineptus, & minus idoneus cæca sorte eligatur: tum ne fors quæ cæca est, in Ecclesijs locum habere videatur: Sed in electionibus ad dignitates, & administrationes ciuiles fors non prohibetur, neque in iudicijs ciuilibus, neq; in litibus, & causis clericorũ ad temporalia pertinentibus est interdicta, vt ait Abbas cap. Ecclesia, de sortileg. **DICES:** Nonne forte cæca aliquando continget, vt ineptus, & indignus eligatur? quod cum iure naturali pugnat? Respondeo, in electionibus ciuilibus non prohiberi sortem iure naturali, quando pluribus idoneis petentibus, vnus eorum forte eligitur: at quando vnus candidatorũ ineptus est, & indignus, tunc fas non est electionem sorti committere, quia iuri naturali aduersatur. Sed in electionibus ecclesiasticis etiam si multi sint æquè idonei, iure tamè Canonico fors prohibetur.

Aliæ item sortes dicuntur **Consultoriæ**, quibus Diuina voluntas exquiritur, vt sciatur, quid sit faciendum, quid agere oporteat, quid cauere, & fugere: quo sortium genere sæpe vetus Hebræorũ populus vtatur. Eo item vsi sunt Apostoli. Act. 1. cum Matthiam Apostolum in locũ Iuda proditoris sorte elegerit. Iosue 7. Iudicio sortium puniuit Acham, qui de anathemate quid surripuerat. Saul quoq; sorteprehendit filiũ suum Ionatham comedisse, vt legitur 1. Reg. 14. Ionas propheta fugiens à facie Domini, sorte deprehensus est, & in mare deieci, vt habetur 1. Ionæ. Zacharias sorte exijt, vt incensum poneret. Luca 1. Vnde in his fortibus non semper peccatum admittitur, vt statim dicam.

Aliæ sortes **Diuinatoriæ** appellantur, quibus aliqui vtuntur, vt sciant futura occulta: cum obseruatis, & inspectis fortibus futura prænuntiantur, vel aperiantur occulta: vt potè, si modo sic, modo aliter tabula, tessera, taxilli, chartæ, aut grana triticea, vel sabbæ decidant, fortuiti rerũ euentus aduersi, vel prosperi prædicuntur. Si chartula in vrnã cõiecta, aut in cribro posita vnã cum alijs multis, quæ Titij in scriptũ nomen habet, educatur, & inde cõiector diuinet, apud Titũ esse rem, quæ fuit clã furto sublata. Item, si librũ apertenti certa quædã Scriptura occurrat, quæ res letas, tristitias cõtineat, inde cõiector omnia aduersa, vel prospera euentura vaticinari solet. Et hoc genus sortium iure Canonico prohibetur: quod ex Gentilium vana superstitione traxit originẽ. Gentes enim dæmonum fraude deceptæ, fortibus temerè hoc, aut illo modo cadentibus, diuinitatis aliquid inesse crediderunt, aut saltè fortuitæ, ac temerariæ sorti multa tribuerunt. Teste S. Th. 2. 2. q. 95. art. 8. In fortibus etiam diuinatorijs peccatũ est, si quis eis vtatur, ac si fortuna, vel stellarum vi dirigantur, ac temperentur: & in hoc vanitas est. In consultorijs peccatũ lethale est, si per sortes à dæmone expectetur euentus, si à Dæmone consiliũ per sortes queratur. Item, in eisdem quadrupliciter peccare quis potest, etiam quando per sortes Deus ipse consultitur. **Primò**, si absque vlla prorsus necessitate fortibus vtatur: hoc enim, inquit S. Th. esse Deum tentare. **Secundò**, si absque debito Dei cultu, & honore ad sortes cõcurrat: & ideo Apostoli ad eligendum ali-

dum aliquem in locū Iudæ fratres conuocarunt, & preces ad ipsum Deum fuderunt. Tertio, si diuina oracula ad futiles, & vanas res, vel ad terrena negotia adhibeantur. Vnde B. August. in epistol. no. art: *Hic, qui de paginis Euangelicis fortis legitur, est opitandam sit, ut id potius faciam, quam ad demonia consulenda concurrant: mihi tamen displicet ista consuetudo, ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitates diuina oracula uelle conuocare.* Sic ille. Quarto, si in electionibus Ecclesiasticis, quis fortibus euentum committat. Hæc ex S. Thoma.

Cap. XXII.

De Diuinatione, quæ ex superstitiosis, & vanis quibusdam obseruationibus sumitur.

Scire conuenit, quemadmodum omnia sunt fortuita dicta, vel facta hominum, quorum obseruatione quis futura diuinat: sic superstitioses dicuntur fortuiti aliarum rerum euentus, ex quorum notatione quis læta, vel tristia sibi, vel alteri omnia euentura certò cõiectat. Exemplum pono. Si quispiam summo mane domo egressus canem, aut selem offendat, funus, sepulcrum, aut crucem videat, diuinat sibi eo die sic, vel aliter cuncta euentura: vana hæc est diuinatione ex inani, & superstitiosa obseruatione ducta. Alij venatum iurati, si primo mane pedem in limine offenderint, aut eorum vestis deciderit, vel fuerit tacta à foricibus, aut lacinia valuis adhaeserit, putant & certum apud se constituunt, nihil sibi prosperè, & feliciter eo die euenturum. Si cum primum domum euerint, sternutauerint, si corrigiam abruerint, si in porta caput offenderint, si corruerint, insauti omnis esse arbitrantur. Putant nonnulli certorum animalium occursum, prosperos rerum euentus præsignificari; aliorum: verò animantium, aduersos. Certos itidem hebdomadæ dies esse sibi faustos, alios infaustos. Hæc omnia ex vana Gentiliū obseruatione initium duxerunt. Tib. Gracchus quo die ciuili seditione oppressus est, domo egrediens ita pede limen offendit, ut non parua vis sanguinis efluxerit. Plutar. in Tib. Gracch. Valer. lib. 1. c. 4. Neroui in expeditionem Alexandriae profecturo, lacinia surgenti adhaesit. Crassus filius contra Parthos profecturus in aciem, ita pedem offendit, ut humi prostratus conciderit: qui deinde in bello caesus occubuit. Plutar. in Crasso. Bruto, & Cassio prodituris in aciem obuium Aethiopem calamitatem præsignificasse, vulgo creditum est. Hadrianus Cæsar ex Mauri occursum futuram sibi mortem suspicatus esse perhibetur. Annibali ex Italia Africam petenti sepulchrum diruptum in via, omen ingessit infaustum. Reperias certum genus hominū, qui sibi putent aduersum diem Martis, aut diem Veneris: contra verò felicem, & prosperum diem Iouis, & diem Lunæ: Vnde nihil, quod sit aliquid ponderis, & momenti, aggrediuntur, nisi certis quibusdā diebus, alijs verò libenter, & audacter negotia tractanda inscipiunt. Hæc, & his proxima superstitiosa, & vana sunt, & vt dixi, à Gentibus accepta, quæ cum aliquando experirentur certis quibusdam rerum euentibus lætum, vel triste sibi aliquid

accidisse, in eis aliquid diuinitatis contineri censuerunt, & deinde dæmon sese in illis rerum casibus immiscebat, vt sic Gentes de Iudæa tenerentur. C. Flaminius cum apud lacum Trasimenum cum Annibale pugnaturus cõuelli signa iussisset, lapsus equo super caput eius humi prostratus est: nihilque eo prodigio inhibitus signiferis signa moueri sua sede posse negantibus, malum, ni ea continuò effodissent, minatus est: & deinde ipse in bello occubuit, & in ea acie quindecim millia Romanorū cæsa, sex millia capta, viginti millia fugata sunt. Hæc Valer. lib. 1. c. 6. Liu. lib. 2. belli Punic. Vulpè in via occurretem, signū mali ominis putabant. Sic etiā canis prægnans si occurreret, credebatur infaustum omen: Porcus, aut mustella à sinistra veniens, infelicis ominis erat. Si quid item mures corroserant, tristitia prænuntiare creditū est. Quæ quidem omnia, vt vana dānantur, & Illud. 2. 6. q. 2. ex Augustino. Negari non potest, vt supra dixi aliqua dicta, vel facta in Sanctis Scripturis fuisse, quæ rerum sequentium euentum non ab humano, sed diuino impulsu profecta, significauerint, vt Gedeon Iud. 7. Ex eo quod audiuit narrationem, & interpretationem cuiusdam somnij, omen captauit. Et seruus Abraham Gen. 24. omine etiam vius legitur. Et Ionathas Saulis filius 1. Reg. 14. omen etiam obseruauit. Præterea narrat Paulinus in vita Ambrosij. Probum iudicem, cum Ambrosium ad Liguriam, & Aemiliam gubernandas misisset, ei dixisset: *Vade, & fac, nõ vt iudex, sed vt Episcopus, & postea Mediolanensis Ecclesia eum in Episcopum elegit.* Et ipse Ambrosius adhuc adolescens cum forori osculandam manum dedisset, ludens dixit, te futurum Episcopum: & ita fuit.

Cap. XXIII.

De Diuinatione, quæ ex Invocatione dæmonum petitur.

Sciendum est, Dæmones dupliciter euocari; expressim, aut occultè, siue vt vulgo dicitur, tacitè. Expressim euocantur, cum quis pacto cum eis inito petit, vt sibi futura prænuntient, aut aperiant occulta. Tacitè verò, & occultè euocantur, cum vel aliquid fit, in quo latet pactum cum Dæmone contractū, vel cum quis vitur ministerio, & opera hominis, qui cū dæmone societatem in eo ministerio contraxit. Præterea, scire oportet, ad hoc genus Diuinationis reuocari eas quoque diuinationes, quas Cicero appellat, Vaticinationis, & Furoris. Olim enim, qui futura apud gentes vaticinabantur, aut occulta indicabant, dicebantur Arioli, qui furore correpti, dæmonis instinctu futura prædicebant. In hoc etiam genere includuntur omnes Magorū artes, quibus solet inesse fraus maxima dæmonum. Porrò duplex est Magia, altera dicitur Naturalis, aut Mathematica, altera verò est dæmonica. Naturalis est, qua quis cõmixtis multarum rerum naturalium viribus, & facultatibus occultis, quædam mirabiliter efficit: quæ quidem res veræ sunt, & vi naturæ productæ, sed earum causæ nos latent: ideo mirabiliter eas fieri putamus. Hac ratione fructus arborū aliquando ante tempus nascuntur, procreantur hyeme rosæ, vix, fabæ. Item arte, hoc est, vi naturæ recondita, & abstrusa facit quis, vt intra paucas

horas planta excreſcat. Et cum dæmones latentes, & abditas rerum naturalium vires perſpectas habeant, plurima edere ſubitò poſſunt, quæ cæteri admirantur. Mathematica verò Magia eſt, qua quis ſola mathematicarum artium, aut diſciplinarum ſcientia imbutus, abſque alijs rerum naturalium actionibus aliqua mirabiliter præſtat: qua ratione quidam exacta numerorum cognitione præditi multa videntur diuinare, quæ quidem additis detractiſue numeris, & ſæpius ſubductis, vel adiunctis ea ratiocinando colligunt. Eiuſdem etiam mathematicæ ſcientiæ, & cauſarum naturalium, & mechanicæ artis præſidijs teſte Medina *lib. 2. de reſta in Deum ſide cap. 7.* quoidam legimus feciſſe æneos boues mugientes, angues ſibilantes, paſſeres cantitantes, ſtatuas lapideam in menſa, vel tabula ſaltitantes, aut deambulantes. Archimedes Syracuſanus Mathematicus opera feciſſe perhibetur, tam mirabilia, vt homines, qui ea intuebantur, ſtupuiſſe, in hiſtorijs legamus. Et huiuſcemodi artem Canones, leges, & iura non damnant. Magia Dæmonis eſt, quæ notato ſitu, ortu, occaſu, & coniunctione ſyderum, & aſtorũ, deſcribit annulos, imagines, circulos, & figuras, quibus expreſſe, vel occultè includuntur dæmones, qui deinde multa efficiunt. Sic etiam in vaſculis dæmones ſolent includi, qui expreſſe, vel occultè vocati, ſeſe ſponte in ea vaſcula abdunt, aut ſuperiorum Dæmonum imperio coguntur ſe in ea conferre, & recipere. Atque hæc dæmonum Magia eſt quadruplex. Vna dicitur Præſtigiatoria, qua fit, vt oculis res aliter appareant, quam ſunt: nam cum res nullæ ſint, ſpeciem tamen rerum oſtendunt: ita vt homo ſpeciem lupi, & contrà lupus hominis ſpeciem, & imaginem referat. Altera dicitur Venefica, ſive Incantatoria, quæ certis verbis, carminibus, ſuffumigationibus, & alijs ſimilibus videtur quædam mirabiliter efficere, in quæ Dæmon ſeſe occultè infert, & intrudit. Tertia Magia dæmonis dicitur Cabaliſtica. Cabala hebraicè idem ſignificat, quod Latine, Traditio. Omnis enim doctrina humana non ſcripto, ſed verbo, quaſi per manus accepta, vocatur Cabala. Porrò duplex eſt Cabala apud Hebræos: Vna, qua ſacrarum literarum myſtici ſenſus cognoscuntur: putant enim illi, Moſen in monte Sinai legem à Deo accepiffe, & literalem eius ſenſum, ac myſticum, & poſtea ſenioribus legem ſcripto tradidiſſe, verbo autem myſticos eius ſenſus: qui ſeniores eodem modo alijs legem ſcripto dederunt, & ſenſus myſticos ſolo verbo; & ita myſticum Scripturæ ſenſum apud maiores Hebræorum ſola traditione ſuſceptum perpetuò vigiſſe. Quicquid ſit de huiuſmodi ſententia: hæc Cabala damnata non eſt. Eſt autem altera, quæ docet, in hebraicis nominibus, punctis, apicibus, lineis, accentibus, & ſpiritibus innumerabilium rerum affectiones conditiones, vires, & facultates contineri: ita vt ſi quis totam Hebræicorum nominum, literarum, accentuum, ac ſpirituum vim probè calleret, poſſet multa mirabiliter efficere. Atque hæc Cabala eſt vana, & ſuperſtitioſa; ac ideo merito iure dānata. Quarta eſt Magia, quæ Pythagorica vocatur, fortassis, quia à Pythagora cepit initium: qua quidam Magi docent nomina cum naturæ actio-

nibus, ac viribus certam habere affinitatem, quæ nos omnino lateret, quam ſi perſpectam haberemus, admirabilia multa præſtare poſſemus: ſecundum quam aiunt multos hominum caſus felices, aut inſelices poſſe prænoſci. Vt ſi duo homines bello, lite, diſputatione, aut ludo decerent, eum ſæpe victurum, cuius nomen ſyllabarum numero, virtute, aut poteſtate aduerſarij nomen ſuperauerit. Et hac ratione fuiſſe Patroclum ab Heſtore victum, Heſtorem ab Achille ſuperatum. Hæc quoque eſt vana, & commentitia Magia, in qua Dæmon occultè ſæpe adeſt, vt mentes hominum deludat. Nomina enim, & literæ ſunt hominum inuenta, & ſunt ad mentis ſenſa depromenda inſtituta. Vnde ſunt meræ nugæ eorum, qui perſuadere conantur in eis aliquid diuinitatis ineſſe, aut rerum naturalium conditiones, & affectiones virtute contiperi. Sunt enim pro varietate nationum, & gentium varia nomina, & literæ. Et otioſorum hominum eſt nomina, ſive Hebraicæ, ſive cuiuſlibet alterius linguæ pro varietate, & numero literarum, ſyllabarum, apicum, ſpirituum, & accentuum permutare, diſponere, tranſmutare, vt ea, quæ ſunt penitus abditæ, & occulta cognoscant, & futura, proſpera, vel aduerſa præſentiant. Hinc etiam apud Romanos originem habuerunt aliquæ nominum ſuperſtitioſæ obſervationes: nam cum quæſ coloniam deduceret, cum Cenſor populum, Imperator exercitum luſtraret, eligebatur is, qui dijs hoſtias immolaret, cui bonum nomen eſſet impoſitum. Cum Conſules milites deligerent, obſeruabant, vt primus miles fieret, qui bono nomine vocabatur.

Neque tamen inſciamur, ex nominibus, præſertim Hebraicis animaduertiſis, & notatis literis, apicibus, & ſpiritibus, & ſyllabarum numeris poſſe myſteria aliqua, & arcana probabiliter, & verofiſimiliter elici, quæ audientes, vel legentes, & doctrina pia, ac religioſa, & probabili imbutant, ac etiam voluptate perfundant; vt id productis in medium exemplis, ſi opus eſſet, facile à me poſſet oſtendi.

Cap. XXIV.

Quædam quæſtiones de diuinatione.

PRIMO quæritur, An vlla ſit Diuinatione, hoc eſt rerum futurarum præſenſio, & prædictio. Epicurei omnium diuinationum genera deridebant, cenſebant omnes diuinationes eſſe meras hominum nugas, & omnes diuinatores eſſe impoſtoreſ ad continendos homines, & populos in religionis officio. Hi etenim cum negarunt, aut Deum non eſſe, aut nihil res humanas curare, aut futura fortuita non cognoscere, quippe quæ ſunt per ſe, & ſuapte natura penitus ignota, omnem diuinationem eſt medio tollebant. Contrà Stoici aſſerebant vera eſſe omnium diuinationũ genera, quibus gentes utebantur, auſpicia, auguria, oracula, ſortes, omnem denique iudicariam Aſtrogiam, quam ſcientiam Chaldaeorum, & Aegyptiorum vocabant. Nam Deus eſt, quod illi multis argumentis probabant, qui rebus humanis proſpicit, ergo hominibus futura prænotat, & prædicat, eſt enim in homines beneficus, & be-

nignus.

nigius. Nec est, cur eum dicamus futuros rerum euentus nescire, cum omnia à Deo pendeant, existant, & fiant. Sic colligebant Stoici. Peripatetici, ut refert Cicero in *libris de Diuinatione*, omne genus diuinationum, quod artis alicuius particeps erat, futuile, ut, cuiusmodi sunt auspicia, auguria, obseruationes portentorum, prodigiorum, vaticinationes ex astris, ex elementis, per sortes, ex partibus, & membris humani corporis. At concesserunt id diuinationis genus, quod nulla arte constaret, quia sunt in somnia, oracula, & vaticinia furentium, & eorum, qui morti proximi sunt, aut iam vita functi, & responsa Pythonum. Platonici utrumque diuinationis genus recepisse creduntur: nam alterius causam in Dæmones, alterius in ipsam naturam reiecit esse videtur, ut constat ex Platone in *dialogo de conuiuio seu amore*, & in *dialogo de natura*, & in *Apologia* idem Plato Socratis nomine ait, eos, qui sunt morti vicini, diuinare solitos esse. Pythagoras, ut testatur Laërtius diuinatione per auguria utebatur, & inter symbola scripsisse fertur, *Diuinationem omnem honorari*. Omnes igitur Philosophi præter Epicureos, & Cynicos, aliquam esse diuinationem crediderunt. Est reuera diuinationis aliqua: nam cum Deus omnia futura præsentiat, ut sacre literæ docent, multa suis prophetis prædixit: & eo reuelante prophete longè ante quam euenirent, præiudicauerunt, & ceteris prænunciarunt.

Secundò quæritur, An vaticinatio siue Diuinationis sit naturalis, an supernaturalis tantum: quod est quærare, an vaticinatio ex causa naturali existat, an solum ex Deo, hoc est, ex causa supernaturali: nam S. Gregor. *lib. 4. dialog. c. 26. ait*: ipsa aliquando animarum vis, subtilitate quadam sua aliquid præiudicat. S. Thom. 2. 2. q. 172. art. 1. & de *verit. q. 12. a. 3. & 4. questionem* mouet, an Prophetia aliqua sit naturalis & concludit, Prophetiam proprie sumptam, naturalem non esse, sed supernaturalem ex Deo: & id sacra Scriptura manifestè nos docet: nam 2. Petri. 1. legimus, non enim voluntate humana allata est aliqua Prophetia, sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Dixit S. Thomas Prophetiam proprie acceptam naturalem non esse, quia si Prophetia, hoc est, vaticinatio fusius, & latius accipiat, quatenus est præsentio quædam, & prædictio futurorum ex prudentia, solertia, experientia, & coniecturis, naturales causas habet, ex quibus mens hominis ratiocinatur, & colligit futura: sicut Imperator in bello, & ciuili moderatur in administranda republica, & medicus in morbis curandis, & agricola in mittendis seminibus, plantandis arbutis, & nauta in soluenda à portu, aut retinenda navi, ex diuturna experientia, multa rerum obseruatione, magna solertia, & prudentia rerum secundum naturam contingentium futuros euentus coniectat. At naturalis vaticinatio esse non potest earum rerum, quæ certas in natura causas non habent, nec habere possunt, quoniam sunt fortuito euentus, videlicet quod sis tribus ab hinc annis Romam venturus, quod sis rex, aut Pontifex futurus, quod post quinque annos exactos, sis quartanam febrem passurus: quod post decem annos sis moriturus. Item ea, quæ ex libero hominis arbitrio pendent, in naturalibus causis non sunt: ergo non nisi diuinitus prænosci, præsentiri, & prædicti queunt. Insuper abditæ, & occulti huma-

næ metis cogitatus, & affectus per naturales causas certò cognosci non queunt. Falsum igitur est, Diuinationis seu vaticinationis vim naturalem humanæ menti inesse. Nonnulli, inquit, B. Augustinus *lib. 12. de Genesi ad litteram cap. 13. sentit*, vim quandam diuinationis esse in anima humana: sed falsum id esse, multa demonstrant. Stoici quibusdam argumentis, concludere nitentur animam humanam vim diuinationis habere in seipsa.

Primum, sic colligebant, naturaliter tributa est animæ humanæ vis quædam sentiendi, & videndi præsentia, quæ dicitur sensus, quo præsentia perspicimus: & alia sentiendi præterita, quæ est memoria, qua præteritorum recordamur: ergo tributa est naturaliter alia vis, qua futura præsentiamus, & hæc est vis diuinandi, infirmum sanè argumentum: quoniam præterita sui imagines, & simulachra in anima impressa reliquerunt: & præsentia per seipsa constant, vel in alio subsistunt, & ideo præsentia perspicimus, præterita meminimus: at futura, nec per se, nec in certis, & definitis causis sunt, si fortuita fiat, ergo certò ea prælagire non possumus.

Secundum Stoicorum argumentum erat: Anima humana externis rebus relictis per se mouetur, ut in somno, & in raptu, cum extra se ad sublimia rapitur: tunc enim quasi vinculis soluta euagatur, & per se etiam nullis rebus obiectis res alioqui occultas, & futuras cognoscit: ergo in seipsa anima humana rerum etiam futurarum simulacra, & imagines habet, nisi quod corpore impedita eas sapius non videt: sed profectò anima alligata est corpori, nec nisi per sensus rerum species, & imaginis recipit. Ad illud ex B. Gregorio sumptum respondeo, cum S. Thom. de *verit. quest. 12. artic. 3. ad 5. loqui Gregorium de Diuinatione*, quæ ex causis naturalibus existit: non de ea, quæ proprie est Prophetia.

Tertiò quæritur, An sit aliquod naturale temperamentum, aliquis corporis habitus, quo anima ad diuinationem seu vaticinationem naturaliter sit affecta, aut naturaliter præparari queat. Quidam existimant esse, aut esse posse: quia dormientes magis diuinant, quam vigilantes. Item, ij, qui atrabile valent, magis vaticinantur, quam reliqui: & fatui, stupidi, & insani magis diuinant, quam ij, qui sanæ sunt mentis: Insuper furore acti quidam multa diuinant: ij, qui morti sunt proximi, sæpe futura prædicunt. S. Thomas 2. 2. *quest. 172. artic. 3. & de veritat. quest. 12. art. 4. cum prædictam questionem moueret, respondit*, nullam esse naturalem animæ præparationem ad Prophetiam proprie sumptam, quoniam eam dat Deus, quibus vult, & quando vult: & quomodo vult, & B. Gregorius *homil. 30. in Euangelia*, ait, Implet, videlicet, spiritus sanctus Cybarædum puerum, & Psalmistam facit: pastorem armentorum sycamoros vellentem, & prophetam facit: ergo quem vult Deus vatem facit, de quo dicit Apostolus 1. Corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus, & idem spiritus diuidens singulis prout vult. Non ergo est aliqua naturalis mentis humanæ dispositio, seu præparatio, quæ sit causa necessaria vaticinationis, qua præsentem necessariò existat diuinationis, aut sine qua existere nequeat.

Quartò quæritur, Cur qui dormiunt, magis ac sapius diuinant, quam qui vigiliant? Respondeo,

in quiete.

an quietcentibus à sensibus animo magis per species, & imagines, res ipsas repræsentari, quàm in ijs, quib⁹ sensus externi abundant rebus obiectis: sicut in aqua quæta facillè imprimitur quælibet figura, in aqua continuo motu agitata non item. Cum somnus placidus est, neque multis, crassiq; vaporibus conturbatur, tunc meliùs simulacra, & imagines res, quarum sunt similitudines, referunt. Nam anima intrò se colligens, & nullis externis rerum in sensibus incurrentium motibus distracta meliùs ipsas rerum imagines conspiciat. Vnde qui de rebus maximis consultant, & decernere quippiam volunt, eligunt silentium, quietè, & tenebras, sese abdunt in secreta cubilia, fores claudunt, immo sæpe oculos occludunt. Nimirum subtrahunt sese ab externarum rerum sensu, vt faciliùs, & commodiùs cogitationi studeant, & vacent. Eadem de causa fit, vt minutè quædam affectiones animi, & corporis, quæ dum vigilamus non latent, dum somnum capimus, sentiamus, & videantur nobis multò, quàm sint, maiores. Habet somnus ad vigiliam eandem rationem quam nox ad diem, silentium ad clamores, tenebræ ad lucem. Constat nocti, & silentibus cunctis strepitus etiam exiguo videri magnos: at interdiu, & vbi est magnus strepitus, magnos etiam latere: adeo vt qui iuxta Nilii ortum habitant, surdi esse dicantur. Non ergo somnus est naturalis animi dispositio necessaria ad recipiendam Vaticinationem à Deo: sed est accommodata; quia in somno, anima rerum externarum iacursibus libera, solutaque est. Et ideo Deus per quietem hominibus aliquando futura prædicat.

Quintò quæritur, Cur fatui, & stupidi magis diuinant quàm iij, qui sanæ sunt mentis? Plato, & Aristoteles diuinationem in fatuis, & stupidis sæpius esse dixerunt, in quibus videlicet minimè prudentia est. Respondeo, in fatuis, & rudibus, non esse eam Diuinationem, quæ propriè est Prophetia, & Vaticinatio, sed eam, quæ naturales causas habet: fatui pro prudentia diuinationem naturalem habent: contra sapientes siue prudentes habent prudentiam pro diuinatione: sicut brutæ animantes magis diuinatione naturali valent, & præstant, quàm homines. Pisces multi solènt Nautis incautis tempestates præmonstrare, auiculæ agricolis, armenta bubulcis, & minores greges alijs pastoribus, & mures in proximam domum confertim abeuntes præmonstrant incolis domus ruinam. Datus est brutis animantibus instinctus quidam naturæ pro prudentia: sic inter homines, fatuis, & rudibus, & amentibus data est diuinatione naturalis pro prudentia. Causa huius est, quia sicut brutæ animantes maiorem habent affinitatem cum causis corporalibus, sic & inter homines, iij, qui fatui, & stupidi sunt. Corporalia sensus afficiunt, & brutorum animæ, cum mente, & ratione careant, magis corporalibus afficiuntur: ita vt futurarum per naturam rerum initia, magis Brutorum animantium sensus afficiant: sicut iij, qui carent oculis, audiunt exactius, recordantur facilius, sic bruta animalia exactius sentiunt: detrahunt sensui diurna mentis contemplatio: qui interius disputant, meditantur, orant, solent plurima, quæ coram oculis sunt, aut dicuntur, neque videre, neque audire: Et aliquando sen-

sum functione priuati, immobiles perstant. Socrates, vt narrat Alcibiades in Coniuiio, in medio exercituum diem ac noctem stetit vsque ad solis ortum cogitabundus: eadem ratione contingit, vt qui exactissimos sensus habent, sint ad effectrices artes aptissimi, ad contemplationem non item: contra verò, qui in contemplatione plurimum valent, sint ad res tractandas parum idonei. In fatuis igitur, stupidis, & amentibus valet multum diuinatione, quæ ex causis naturalibus existit, non ea, quæ propriè Prophetia, & Vaticinatio est.

Sextò quæritur, Cur iij, qui morti sunt proximi, sæpe futura diuinant, vt Plato, & alij Philosophi obseruantes tradiderunt. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 26. & 27. quædam exempla proponit, quibus ostendit moribundos aliqua futura præsentire, & prædicere. Aliquando, inquit, exitura de corpore anime per reuelationem ventura cognoscunt. Aliquando verò tantum inxta hanc, vt corpus deserant, diuinitus afficit in secreta celestia incorporum mentis oculum mittunt. Id probat exemplo cuiusdam aduocati, qui paulò ante quàm moreretur, vocauit puerum suum, præparari sibi vestimenta ad procedendum iussit. Quem dum puer quasi insanire cerneret, eiusque præceptis minimè obediret, surrexit, vestimento se induit: & per viam Appiam ad beati Sixti Ecclesiâ se esse processurum dixit: cumq; post modicum ingruentes molestia esset defunctus, deliberatum fuerat, vt apud beatum Ianuarium Martyrè Prænestina via, eius corpus poneretur, sed quia longum hoc ijs, qui funus eius curauerant, visum est, repente orto consilio exeuntes cum eius funere per viam Appiam, nescientes, quæ ille dixerat, in ipsa eum Ecclesiâ, quam prædixerat, posuerunt. Et postea idem probat in eodem capite quatuor alijs exemplis adhibitis, & quinto adiuncto in capite 27. de Theophanio comite, qui æris serenitatem futuram post suum obitum prædixit vxori, cum appropinquate mortis eius tempore grauissima æris tempestas obsisteret, ne ad sepeliendum deferti posset. **Profectò si moribundi vaticinantur, quæ per naturam fieri non possunt, ea præsentiant, & prænuuntiant Deo eorum mentes illustrare diuinitus, & hoc est, quod loco citato, probat B. Gregorius, quatuor, aut quinque exemplis in medium productis. Sic Iacob iamam mortiturus vocauit filios suos dicens. *Cogregamini, vt auertam, quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus.* Multa quoque Moses cum eius mors instaret, Israëlitis tribubus prædixit. Si verò morituri vaticinantur futura, quæ certas causas naturales habent, id faciunt, quia nonnunquam ea hora consopitis sensuum motibus, mens intro magis se colligit, ac melius, & exactius res contemplatur, quia vario, & multiplici sensuum affectu neque perturbatur, neque distrahitur. Eadem ratione fit, vt morituri facilius, & citius æris, & corporum mutationes, quæ ceteros latent, sentiant, nimirum plura descendunt à cælo, æris serenitatem, solis æstium, harum rerum, & similiarum exordia morituri citius aliquando, quam ceteri sentiunt: quia eorum corpora, & sensus magis his rebus afficiuntur.**

Septimò quæritur, Cur furentes sæpe multa diuinent, vt colligi potest ex B. Augustino libro duodecimo, de Genesi ad Iueram capit. 17. vbi quædam exempla

exempla proponit eorum, qui febre correpti, & furentes aliqua futura prædixerunt. Quidam propheticum furorem, sicut etiam poeticum furorē ponunt: ita ut furentes ad vaticinandum aptiores esse fateantur. Error est, quæ sacra litera condemnant, dicere prophetas esse arreptios. Arreptij vocabantur, qui à demonibus rapiébatur: item, error est lacris literis damnatus, dicere prophetas per furorē actos vaticinari, cum Spiritu sancto inspirante locuti propheta fuerint. Quid ergo dicendum? cur furentes sæpe diuinant? Profecto, quia loquaces sunt, nonnunquam incidit in id, quod futurum est, velut qui sæpe iaculando, aliquando collimat: loquuntur quidvis, quia imaginationibus densis, & crassis, & calore instigantur: quia infani sunt, non habent, quam prudentiam solent afferre, timiditatem: & ideo nihil dissimulant, nihil tacent, omnia effutunt: nihil mirum, si aliquando dicant, quod futurum est. Item, quia furiant, & insaniant, facilius à demonibus rapiuntur, quia plus habent imaginationū, & minus prudentiæ, & quædam ex illis accipiunt, & prænunciant, & hoc est, quod B. Augustinus, loco citato, probat exemplis.

Quæritur, Cur qui atra bile abundant, & Melancholici dicuntur, magis diuinant, quam cæteri? Respondeo atram bilem non reddere homines magis idoneos ad eam vaticinationē, quæ verè propheta est, & quæ à Deo exiit: sed quia plus imaginationum habent, facilius rapi solent à Demonibus, & ea prædicunt, quæ per naturam parata iam sunt, ut eueniant. Item, facilius abstrahuntur à sensibus, ac proinde constantius, & peritaciū eorum mens contemplantur. Insuper facilius sentiunt aëris, & corporum cælestium affectiones, & mutationes, & ideo facilius rerum futurarum per naturam contingentium exordia sentiunt.

Nono Quæritur, An Musicus concentus reddat hominem aptiorem ad diuinandum, & vaticinandum? Quæstionem mouet id, quod legimus lib. 4. Reg. 3. dixit Eliseus Propheta. *Nunc autem adducite mihi Psalterium; caneret Psalteres, facta est super eum manus Domini;* & ait: *Hæc dicit Dominus, facite alieum torrentis;* & quæ sequuntur: ergo videtur spiritus vaticinationis naturaliter affici cōcentu sonorum, aut vocum, & anima per cantum ad vaticinandum naturaliter præparari lib. 3. de diuinat. Q. frater ex scientia grauissimorum Philosophorum sic ait. *Ergo & ij, quorum animi spiritus corporibus enolant, atque extant foras ardore aliquo inflammati, atque incitati, cernunt illa profecto, quæ vaticinantes pronunciant: multique rebu inflammantur tales animi, qui corporibus iherent, ut ij, qui sono quodam vocum, & Phrygijs cantibus incitantur.* Sic ille *Resp. Musicum concentum non reddere naturaliter hominem magis idoneum ad eam vaticinationem, quæ verè propheta est, & à Deo in mētēs hominum infunditur quamuis ad eam, quæ ex causis naturalibus exiit, & verè propheta non est, sed latè, & fusè propheta nominatur, condueere queat, quatenus mentem erigit, & à sensibus abstrahit. Eliseus verò cytharædum vocauit non profanum, sed sacrum; nec profana Musica Eliseus utebatur ad vaticinandum, sed sacra: nimirum cytharædum accessit iussit, qui diuinas laudes decantaret, & ipsius animum ad orationē*

excitaret, & erigeret, & ita oratione utebatur Eliseus, quæ impetraret à Domino spiritum vaticinandi: erat igitur Musicus cōcentus, religiosus, & facer, quo vsus est Eliseus ad orandum Deum; oratione verum utebatur, ut peteret à Domino, quod cupiebat.

Decimo Quæritur, An Balaam, & Sibyllæ fuerint vaticinati afflatu diuino? *Resp. cum S. Thomas. 2. 2. q. 172. ar. 6. ad 1. Balaam fuisse quidem ariolum, & magum, ut docent communi consensu Patres, Aug. in quæstio. ex nouo testamento. q. 39. & sermo. 103. de tempore. Orig. hom. 13. in Num. & lib. 1. contra Celsum. Basil. hom. de humani Christi generat. Glossa. Num. 22. Sed nihilominus diuino afflatu vaticinatus est, cū dixit: Orietur stella ex Jacob, & consurget virga ex Israel. Vnde Augustinus ait. Hæc ergo propheta est Balaam; non quia fuit propheta, sed Deus causam populi sui egit per illum, non voluntarium, sed inuicium: sicut propheta esse inuenitur missi à Saul ad David capiendum, & sicut Saul, cū dicitur est: inquit Saul inter Prophetas. Sic B. Augustinus. Prohibuit igitur Deus, quo minus Dæmon, quem ille cōsulere solebat, & cuius vates erat, respōsum præberet, & ipse vsus est eo ad bona prædicandum populo Israelis, ad eius laudes prædicandas, & ad vaticinandum: Orietur stella ex Jacob. Item, Sibyllæ quamuis alienæ fide, & religione in Deum, multa tamen, quæ de Christo prædixerūt, ait S. Tho. 2. 2. q. 172. ar. 6. ad 2. ea prænunciarunt diuino afflatu, & spiritu excitata.*

Erat hoc loco tractandum, de Magorum operibus, & maleficijs, sed de his agam, cum de quinto Decalogi præcepto tractabo.

Cap. XXV.

Quædam alie quæstiones de varijs superstitionibus dissoluntur.

Primo Quæritur, An insit vis aliqua fascinationis, in hominibus, quæ aliqui aspectu, vel laudatione, & commendatione alijs hominibus, vel belluis officiat? *Glossa in Paulum Gal. 3. Explicans illa verba: Quis vos fascinavit? aperte docet, quorundam oculos esse virulentos, qui alios videndo; præsertim infantes, & pueros, inficiunt, & lædunt, quod quæ ratione fiat S. Thomas, 1. p. q. 117. ar. 3. ad 2. & lib. 3. con. Gent. cap. 103. de pot. q. 6. ar. 9. ad. 7. de Mal. q. 16. ar. 9. ad 13. videtur explicare in hunc modum. Ex acri, & vehemēti mentis cogitatione, aliquando corporis spiritus, & humores mutantur, ira enim incalefcit corpus, & timore frigescit. Vnde odio, malevolentia, inuidia variè corpora afficiuntur: quibus sic, vel aliter affectis fit quoque magna spirituum permeantium ad oculos permutatio, propterea quod spiritus subtiliores in eos transmittantur, oculi verò malè spiritibus affecti aërem sibi coniunctum ad certū spatium corrumpant. Porro aëre malè affecto, specula si tersa, & munda fuerint, contrahunt labem, maculam, & sordes: quod experientia docet in aspectu foemina, menstruo profusio inquinata: Sicut igitur specula polluitur ab aere vicino infecto, sic etiam infantum, & puerorum corpora mollia ac tenera, & proinde ad recipiendum, & patiendum apta, faciliè solent infici à circumfuso aere corrupto. Pari ratione vehemēti amore, laudatione, & commendatione tenues corporis spiritus mutantur, varièque afficiuntur, &*

inde spiritus ad oculos transfusi, sic, aut aliter mutantur. Ex quo fit, ut amantium, vel laudantium aspectus alijs nocere queant, præsertim si res sint animarum, molles ac teneræ, cuiusmodi sunt arbutusculæ, animalcula, infantiuli, pueruli. Et hæc potest esse vis naturalis fascinationis. Scio Medicos aliquos asseuerare pugnaciter, nullas esse fascinationes, sed tantum vulgi opinione eas credi; quarum meminit etiam, vulgi sententiam sequutus Plinius lib. 26. cap. 20. *lib. 38. c. 4. lib. 43. c. 4.* Sæpe, scioor, nulla sunt fascinationes, sed Dæmonum malignitate subito, vel aer inficitur, aut hominis, vel bellæ corporis aliqua ex parte maculatur, & leditur. Arist. sectione. 20. Problematum, dicit, rutam esse fascinationum antidotum. Postremò Plinius lib. 7. cap. 2. refert in Aprica esse quosdam ex certis familijs genus ducentes, effascinant: quorum laudatione interirent, probata, crescerent arbores, emorerentur infantes: Et in Triballia, & Illyrijs esse homines, qui visu quoque effascinant interimerentque, quos diutius intuerentur, iratus præsertim oculis: quod eorum malum facilius sentirent pueres. Et in Aethiopia fuisse genus hominum, quorum sudor contactis corporibus rabiem asseret, & feminas omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant. Hæc ille, penes quem fides esto: quæ veterum scriptorum testimonijs comprobauit.

Secundò Queritur, An in hominibus insit vis aliqua, qua solo cõactu, aut sermone sanet alios, aut certis morborum generibus medeantur? Plinius lib. 28. cap. 2. Maxime, inquit, questionis, & semper incerta est, valeant ne verba, & incantamenta carminum ad modendum. Et cap. 1. eiusdem libri scribit: dente hominis vi interempti gingiuis in dolore scarificari, & oculorum suffusiones felle hominis sanari, & caluaria interfecti ne que cremati, propinatam aquam de fonte noctu, comitialibus morbis prodesset, & hominis suspendio interempti casapotia, contra canis rabiosos morsus valere. Sed piacula sunt, inquit, ista, non auxilia, & remedia. Idem cap. 3. scribit fuisse in Aprica Psillos, & in Italia Marfos, ex quorum familijs, qui ducebant originem, tales fuisse, quorum corpora tactu ipso, suctuque modico leuabant percussos à serpentibus, & manu imposita corpori venena extrahebant: alios verò fuisse, quorum corpora solo aspectu erant terrori serpentibus: & quendam in dolium serpentium coniectum experimenti causa, circum mulcentibus linguis illesum penitus extitisse: alios item, quorum sudor medebatur multis morbis; alios, quorum saliuæ contra ictus serpentium valebat, & vestem à tineis non attingi, quæ fuerit in funere, & serpentes ægre, præterquàm læua manu, extrahi. Idem quoque lib. 7. cap. 2. refert aliquando humanorum corporum partes nasci ad aliqua mirabiles. Sicut, inquit, Pyrrhi regis pollex in dextro pede tactus lienosis medebatur: Et in Aprica fuisse Psillos, de quibus paulò ante dixi, quorum corpori ingenicum fuit virus exitiale serpentibus, ut cuius odore sopirerent eas: Et in Italia esse Marforum gentem, in quibus inest eadem vis naturalis, & ictu saliuæ humanæ, ut seruētis aquæ contactu serpentes fugere: quod si in fauces penetrauerit, etiã mori: idque maximè humani ieiuni oris. Itẽ haud procul Vrbe Roma, in Faliscorum agro familiæ esse paucas, quæ sacrificio annuo, quod fiebat ad montem Soracte Apolloni super ambufsam, & ardentem lignorum struem inambulantes non adurebantur, flammis parcentibus: quod idem Solinus com-

memorat capite octauo. At Varro id non tribuit miraculo; sed ait Hyrpinos ambulaturos, per ignes, certo quodam medicamento plantas pedum imbueret. Hæc Plinius, & ex parte Solinus: Quæ si vera sunt, certè mirabilia fuere. Quicquid sit, negare non possumus, quin gratis, & liberaliter Deus possit quibusdam hominibus, immo etiam certis familiarum viris, vim & facultatem concedere, ut tactu, sermone, aspectu, odore, vel halitu medeantur quibusdam morbis, & valeant contra rabiosi canis morsus, aut serpentum venena. Nec ea vis, & potestas naturalis dici potest, quasi sit hominis naturæ, & conditioni debita, sed ea tantum est gratuito Dei munere, & beneficio suscepta. Nec tamen sequitur, ut sit vis aliqua supernaturalis, hoc est, habitus menti infusus: sed est vis quadam præter solitum morem hominibus data, quæ suos præstet effectus, aut causarum naturalium ministerio, & opera; aut certè, quod est verisimilius, operante Deo, talium hominum interueniente sermone, tactu, aspectu, odore, sudore vel halitu. Quo fit, ut id etiam virtutis, & efficacitatis, Dei munere, possit inesse in hominibus improbis ac perditis.

Tertiò Queritur, An mulierculæ, quæ vulgo Stryges siue Lamæ vocantur, verè, & reipsa Dæmonum ministerio, & opera, per aera in loca remotissima deferantur? Sunt qui id inficiunt, asserantque in quiete ac in fomnis eas credere se à Dæmonibus per aera deferri. Nam sæpe, inquit, huiusmodi mulierculæ durè vapulant, acriter acu, vel culspide ferrea punguntur, confringuntur funibus, immo admoto igne exuruntur, & tamen nihil mali sentiunt; ergo sola per quietem visionem deferuntur, non reipsa. Præterea, si re, non visione veheretur, facile è carceribus possent effugere: at hæc infelices includuntur, nunquam tamen è carceribus, aut vinculis solute quaerunt. Aiunt in super nostra corpora non posse Dæmonum opera per aera deportari: quoniam si Christus Dominus à Spiritu malo in pinnacula templi, & in montem excelsum assumptus dicitur; id factum est, non quia Dæmon eum è loco in locum transtulerit, sed quia Christus spontè se qui voluerit, & virtute sua eò se contulerit, quo voluit Dæmon; & Habacuc delatus est in Babylonem, ab Angelo capillo eius apprehenso, & Spiritus Domini rapuit Philippum, & inuentus est in Azoto. Sed id factum est, ministerio Angeli, non Dæmonis; & virtute diuina, non propria.

At enim communi est Theologorum consensu receptum, posse corpora nostra, potestate Dæmonis, per aera in varia loco deferri. Neque enim negari potest, corpora, quod attinet ad motum, quod è loco in locum transimus naturali Dæmonis potestate, & imperio subijci, quo tanquam vero concessio, incertæ adhuc questionis est, an mulierculæ, quæ lamæ, & stryges vocantur, re ipsa, an sola visione mentis, & sensus deferantur. Hæreticæ prauitatis Inquisitores, ut plerique literis prodiderunt, certis experimentis sepe didicerunt, eas corpore, non visione, & sensu deuehi. Sil. hæret. 3. Simacas de Institutioni Cathol. tit. 37. nu. 6. & Alpho. à Castro lib. 1. de Iusta Heret. pun. cap. 16. Paulus Grilaudus tract. de sorilegijs. qua. 7. & alij, quos citat in

Plinius
lib. 28.
di. Læmæ
Aethiopi
a. Pater. 22.

Math. 4.

Dan. 14.
A. 2.

Diret.

Dicitur Inquisitio Scholasticas. p. 8. q. 43. Comment. 68. & Simancas de Cath. Instit. tit. 37. Attamen negandum non est quin id etiam per solam visionem sapè contingat. Vnum tantummodo obstat, quod ex Cœlio Anycrano in cap. Episcopi, 26. Quæst. 5. refertur, nimirum Scelerat, inquit Patres in illa Synodo conuocati, quadam mulieres Dæmonum illusioni hinc sedulae credunt, & profitentur, se nocturnis horis cum Diana Paganorum dea, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia incompete noctis silentio pertransire, eiusque illusionibus obditæ velut dominæ, & certis noctibus ad eius seruitutem accitari, quæ falsa opinione deceptæ, hæc vera esse credunt, & credendo, à recta fide deuant, & errore Paganorum inuoluantur. Ideo Sacerdotes per Ecclesiam sibi commissis populo predicare debent, vt nouerint, hæc omnino esse falsas, & à magico spiritu talia phantasmatas mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipse Satana qui transfiguratur se in angelum lucis, cuius mentem cuiusque muliercula ceperit, & hanc sibi per insidiam suam subiugauerit, illico transformatur in diuersarum personarum species, atque similitudines: & inuenit quam eam primum tenet, in somno deludentem, modo letam, modo tristitam, modo cogitantem, modo incogitantem, modo ostendens, per deum quæque de auctore. Et cum solus Spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in aëre, sed in corpore existimat euenire; cum Ezechiel Propheta, visionem Domini non in corpore, sed in spiritu uiderit, & Ioannes Sacramentum Apocalypsis in spiritu, non in corpore: Et Paulus non audeat dicere se rapto in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quod qui talia, & his similia credit, fidem perdit, & qui rectam fidem non habet, hic non est Domini, sed diaboli. Quis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & Paganus deterior. Hæc ibi. Ex quo capite ij, quos supra nominavi, colligunt, nunquam humana corpora à Dæmonibus quoquam deportari. Siquidem Concilium à Fide aberrare dicit eos; qui talia crediderint. Vnde Nauarrus dixit in suo Manuali cap. 11. un. 33. versiculo. Trigesimo secundo, peccate lethaliter eum, qui credit veneficas, aut maleficas, vel stryges corporaliter per aera ad diuersa loca deferri, vel illæ putant: Et statim citat. cap. Episcopi. 26. Quæst. 5. Confestim tamen, quasi seipsum corrigens subiicit: Quamuis credere, quod aliquando, licet raro, Dæmon aliquos de loco in locum, Deo permittente deportet, non est peccatum: quod probat Nauarrus testimonio Caietani, 2. 2. q. 95. ar. 3. quem citat, & experientia Iudicum in Germania, & auctoritate libri, qui inscriptus est Malleus Maleficarum, qui id multis rationibus, & experimentis ostendit.

Sed operæ pretium est respondere ad id, quod ex i. Episcopi, citauimus, ubi manifestè contra Fidè errare dicuntur ij, qui talia crediderint. Multa Syluester tradit de suprascripti capitis sensu: multa Paulus Grillandus, vt tueantur dictum suum, mulierculas nempe, quæ Stryges, siue Lamie dicuntur, re ipsa, non sola visione per aera in varia loca Dæmonis ministerio transferri. Sed reuera, quicquid illi dicant, non aptè, & conuenienter ad propositam questionem respondent. Ego sane non video, quis alius sensus sit eius loci, nisi quod ibi condemnantur ij, qui credebant eas mulierculas ita à Dæmonibus corpore deferri, vt mutarentur in alia corpora, & quibusdam ve-

ris animantibus ueherentur. Fuit enim Paganorum error, arbitrantium posse Dæmonis virtute corpora in alia mutari: cum tamen id solius sit Diuinæ potestatis. Mulierculæ verò, de quibus Concilium loquebatur, putabant sua corpora in alia transire, & eos omnes, qui à Dæmonibus per aera deferebantur, in varias formas commutari. QUÆRES, quomodo verum sit, quod vulgò fertur, eiusmodi mulierculas obseratis ianuis noctu in domos intrare, & infantum, ac puerorum sanguinem exugere, & suffocare, & occidere, vt absque baptismo decedant? Philostratus scripsit lib. 4. de vita Apollonii cap. 8. Lamias esse mulieres ad amorem, & venerem procliuas, & carnes humanas, maxime verò formosorum puerorum, & iuuenum appetere, & noctu eorum sanguinem exorbere: Sed fabulosum esse videtur, ac fieri potest, vt earum mandato Dæmones aliquos infantes interimant; & ipsæ putent se eos occidere.

Cap. XXVI.

Alie questiones circa eandem materiam diluuntur.

PRIMò QUÆRITUR, An pocula, vel carmina amatoria, quæ Philtra Græcè dicuntur, vim aliquam habeant naturalem homines, vel in uitos alliciendi ad amandum hunc vel illum hominem? SUNT, qui id asserant, & probent multis experimentis, & testimonijs, inter quæ vnum est illud B. Hieronymi in vita Hilarionis Abbatis, ubi refert iuuentem quendam, quia Virginem sacram iocis, nubibus, muneribus, quæ solent periturae Virginis esse principia, in turpes amores non potuit pellicere, ad magicas artes conuersam, quæ apud Memphis Aegypti didicerat, sed amoris Virginem traxisse, vt abiecto amictu capitis crimem rotaret, strideret dentibus, nomen adolescentis, quem ante contempserat, perpetuo inlamarat. Hæc Hieronymus. Narrat apud Lucianum in dialogo, qui vocatur Philopseudos, Cleodemus Peripateticus Philosophus, Christidem mulierem vi magicam in amorem pertractam. Apud Apuleium lib. 2. de Asino aureo, Paphilia mulier magicæ artis perita, ubi spectabilis formæ iuuenem vidit, eum ad sui amorem magicæ artis violentia pertraxit. In l. eorum. c. de Maleficis, dicitur: Qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum molui, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse deteguntur.

De huiusmodi Philtris amatorijs duo mihi videntur posse dici probabiliter. Primum est, constat, (vt alibi latius dicā, cū de Maleficis in quinto Decalogi præcepto disputabo) testimonijs Aristotelis, Theophrasti, Dioscoridis, Plinij, Galeni, Pauli, & aliorum, qui eam Medicinæ partem, quæ in simplicium rerum contemplatione versatur, tractarunt, quasdam esse rerum naturalium, vt herbarum, & lapidum vires, & facultates, quæ amoris, & concupiscentiæ flammam possint incendere: Est enim amor, & concupiscentia, facultatis sentientis affectio: quæ vi spirituum, & humorum excitari, incendi, confirmari, & contra remitti, minui, & extingui possit. Alterum est, nullam esse in rebus naturalibus facultatem ingenitam, quæ suapte natura excitet, alliciat, & incendat hominem ad amandum, vel odio prosequendum hunc, aut illum certum hominem.

Quod enim exciteretur in nobis amor, generatim, siue promiscuè, fieri quidem forsitan naturaliter poterit certo poculi, aut cibi genere sumpto, ut testatur Medina lib. 1. de rebus in Deum fide, cap. 7. Quod verò excitemur, aut inflammemur ad amorem, vel odium huius, aut illius certi hominis; vis naturalis non est in rebus, quæ eduntur, aut potantur. Quis enim credat esse herbam, aut lapidè, qui naturali sua vi, & efficacia conciliet nobis amores certorum hominum? **AT INOVIES** Nulla igitur est Philtrorū vis? **Respondeo** in hunc modum; cum naturaliter fieri queat, ut quis ad amandum generatim exciteretur, & incendatur vi alicuius herbæ, lapidis, aut pulueris: ut ad amandum hunc, vel illum hominem alliciatur, & inflāmetur, ex Dæmonis facultate provenit, qui hominem aliunde ad amandum in uniuersum excitatum, allicit ad amorem erga hunc, vel illum: eò quod corporis spiritus, & humores potest Dæmon variè commouere, & deinde rerū imagines memoriæ impressis permiscere, ita ut hunc, vel illum referant. Ex quo fieri potest, ut homine generatim iam ad amandum impulso, frequens occurrat memoria, & recordatio huius, vel illius, opera, & ministerio Dæmonis, & proinde alliciatur eius animus, & inflammetur ad hunc, vel illum hominem amandum. Hac item ratione tētat Dæmon pudicitiam, & castitatem hominis. Philtra igitur, hoc est, amatoria pocula, siue amatoria veneficia nihil valent ad conciliandos animos, voluntates, & amores certorum hominum, nisi Dæmon sefe etiam ingerente, & tētante eo modo, quo dixi, virtutem hominis. Multò minus valent carmina, aut verba ad alliciendos homines inuitos in amorem, vel odium, sed Dæmon carminibus, & verbis occultè euocatus adest, & deinde inflammat hominem ad amandum eū, quem antè contemplerat, quoniam frequentem eius recordationem, ac memoriam infigit, quæ delectatione pelliciat, flectat, & moueat. Nouit Dæmon, corporis habitum, gestum, dignitatem, aut venustatē, ita oculis hominum gratam, ut solo sui aspectu inire gratiam à plurimis possit: & idè horum, & similibus memoriā imprimat, eò quod rerum imagines, quæ in memoriā facultate seruantur, permiscet, ut hoc, aut illud referant.

Secundò Queritur, An in hominibus insit vis, qua Dæmones annulis, speculis, vel vasculis includant, & alligentur, quæ eos obsessis corporibus excludant, & pellant? nam exemplis, experimentis, multorumque testimonijs comprobati potest, Dæmones includi, & alligari certis locis, recitatis & auditis quibusdam hominum verbis, carminibus, imperio, incantationibus. Sacre item literæ testantur, Dauide cytharam pulsante, malignum spiritum à Saule solitum recedere: musica igitur instrumenta valent ad Dæmones fugandos: *Maxima quæstio*, inquit Plinius lib. 28. c. 2. *semper incerta est, valentne, aliquid verborum, & incantamentorum carminum.* Tralianus l. 9. c. 4. probat auctoritate Galeni, esse incantamenta verborū, seu carminū. Item, Ioseph. l. 3. *Antiquit. c. 2.* de Salomonis Sapientia loquens, sic ait. *Præstitit autem ei Deus, ut etiam contra Dæmones artem ad utilitatem hominum, & eorum curas edidiceret, & incantationes instituit, quibus aggritudines solent*

mitigari. Modos etiam conuersionum, quibus obsessi dæmones effugantur, nec de nouo redunt, inuenit; & hæc cura habentem apud nos multum prævalere dignoscitur. Vidi enim quendam Eleazarum, de gente nostrâ præsentem V. G. P. P. & eius filijs, & tribunjs, & alio exercitu simul, curantem eos, qui à Dæmonibus vexabantur. Modus autem medicine suis huiusmodi, intulit naribus eius, qui à Dæmonio vexabatur, annulum habentem subter signaculum radicem à Salomone monstratam: deinde Dæmonium per nares odoratis abstraxit, & repente cecidit homo. Postea conuersioni eum, instrumentum obsidens Salomonis, ne ad eum de nouo rediret, id est canticum, quæ ille composuit edicens super eum. Valens autem facit: facere atque probare præsentibus Eleazarus, hæc se habere virtutem, ponebat ante eos, aut calicem aqua plenum, aut peluim: & Dæmonio imperabat, ut egressus ab homine hæc euerteret, & videntibus præberet indicium, quod hominem reliquisset. Hæc tenus Iosephus. Insuper Tob. 6. dixit Angelus Tobie, ut retineret sibi recur piscis capti, cor, & fel: & subiecit. *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricet omne genus Dæmoniorum, siue à viro siue à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.* Et cap. 8. eiusdem libri legimus. *Recordatus itaque Tobias sermonum angelis protulit partem recur de cassidali suo, & posuit eam super carbones vivos.* Tunc Raphael Angelus apprehendit Dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Aegypti. His positis, & respondeo, in hunc modum: In hominibus, cum fiat natura, & potestate longè inferiores, vis naturalis non est ad includendos alligandosque Dæmones, vel expellendos. Vnde cum Dæmones certis locis includuntur, vel alligantur, id sic imperio aliorum Dæmonum superiorum, cum quibus pactum est initū, ut inferiores includant, & alligent: vel ipsi Dæmones spontè seipso includunt, & alligant pacto cum eis inito expresso, vel occultè, ut id faciunt, cum primum certa quædam verba, & carmina audierint, aut incantamenta, & veneficia mentis intelligentia persenserint. Eodem modo possunt etiam è corporibus eijci, possunt item euocari.

Illud verò, quod Scriptura de Dauide, & Saule commemorat, sunt qui ita interpretentur, ut dicant, eo loco, spiritum malum qui Saule corripiebat, non fuisse Dæmonem, sed atræ bilis spiritum, & humorem, qui si magnus sit, vexat, & cruciat homines, præsertim si opera, & ministerio Dæmonis exerceat: huiusmodi autè spiritus vi musici instrumenti potest naturaliter sedari, & compriimi. Lata enim, grata, & iucunda exhalant animimum, leniunt ac mitigat animi dolorem, & tristitiam excutunt. Augustinus tamen lib. 2. ad Simplicium, q. 1. & Gregor. lib. 2. Moral. cap. 6. & Glossa ordinaria 1. Reg. 16. spiritum malum interpretari videntur Dæmonem; quod si Dæmon ille fuit, ut prædicti Patres testantur, tunc non vi musici instrumenti per se proximè pellebatur, sed potestate, & virtute Dei, id volentis efficiere per Dauidem cytharam pulsantem: vel Dæmon Saule corripiebat certis tantum temporibus, nimirum cum Saul tristis erat, & afflictio animo; cuius Dauid pulsu cytharæ leuabat tristitiam, & dolorem; & proinde Dæmon pellebatur Saulis animo, ex graui moerore suauiter recreato. Nec item in eorum dolore naturaliter Dæmon fugatus est, sed vel imperio, & virtute Angeli, vel virtute diuina, & iecur fuit quasi ad id sacratū ab Angelo, vel à Deo, sicut

ficut Ecclesia suis exorcismis, in quibus ob preces ipsius, Diuina virtus adest, Demones expellit, ac fugat. Nec quod Iosephus scripsit auctoritatem habet, aut fidem meretur.

Tertio Quæritur, Quas pœnas Sortilegis, Malefici, & Diuinantibus proænt Canonæ, Leges, & Iura? Resp. Iure Canonico, & Ciuili multis pœnis eos affici, vt planum est ex multis capitulis, quæ habentur 26. Quæst. 5. & 7. Titulo De Sortilegijs, & ex Legibus C. De Maleficijs, & Mathematicis, & 1. Item apud Laboon, S. Si quis Astrologus, ff. De Inuirijs. Possunt igitur perditii isti homines puniri anathemate, suspensione Ordinis, dignitatis, admittationis, verberibus, exilio, vinculis, & carcere perpetuo, alijsque pœnis. cap. 1. Quæst. 2. cap. 2. Admonent 26. Quæst. 7. Leuit. 24. Statuitur sic: vt fuerint, in quibus Pythonicus, vel diuinationis fuerit, in morte moriantur, lapidibus obruent eos. 1. Quæst. 2. C. De Maleficijs, sancitum est, vt cuique liceat Maleficum apprehendere, & illico ad Magistratus, & Iudices deferre, vt communis salutis hostem. L. 1. ff. C. De Malef. Statuitur, vt licet homines in dignitate constituti non debeant nisi ob crimen maleficijs, & falsi torqueri: si tamen in comitatu Principis aliquis aruspex, ariolus, augur, Mathematicus, aut somnium in interpret, aut diuinandi artem exercens, licet in dignitate fuerit, tormētis subijciatur. L. Nemo, eodem tit. arioli, Mathematici, & diuinandi artem exercentes gladio puniuntur. L. Nullus, 6. de Malef. præcipit Constantinus, vt diuinantes concrementur, qui ad alienam domum accesserunt: & qui eos deuocauerint, deportentur, publicatis eorum bonis. L. Multi. C. eodem tit. decretum est, Magicis artibus deditos, quia elementa turbare, vitam infantium labefactare, & Manibus, hoc est, Dæmonibus euocatis, audent multa perpetrare, ferali sententia, hoc est, vt exponit accursus, tanquam bestie puniantur. L. Eodem tit. eodem tit. Statuitur, ne malefici puniantur, qui aliquando sua arte vsi, ob finem bonum efficiunt, ne maturis vindemijs imbrēs noceant, ne veterum tempestatibus, aut grandinis lapidatione quantiantur. Secus verò grauitur plectantur, quando magicis vsi artibus, aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos artimos ad libidinem deflectisse deteguntur. Sic ibi. At Iure Canonico, vt patet ex cap. 1. Quæst. 3. & cap. ex tuarum & cap. vi. de sortile. in vniuersum damnantur, & prohibetur maleficorum artes, siue ob finem bonum, siue ob malum eas malefici exercent.

Quæres, An ipso iure in Sortilegos, Astrologos, & quoslibet alios, qui vanè diuinant, & eorum arte, vel opera vtentes, aut eos consulentes, sic lata excommunicationis sententia? Respondeo, si eorum diuinationes manifestè contineant, aut sapiant hæresim, quales sunt ex, de quibus in quæstione proximè sequenti dicam, ipso facto, saltem in foro exteriori eos, qui eas exercent, ex communicatione affectos esse, quoniam in eo foro censentur hæretici, & vt tales puniuntur, aut saltem, vt de hæresi vehementer suspecti. Si verò eorum diuinationes, nec contineant manifestè, nec sapiant hæresim, iure communi canonico nullam ipso facto excommunicationem contrahunt, sed ea possunt meriti affici. cap. Si quis 26. Quæst. 5. dicitur: Si quis ariolus, aruspices, incantatores ob-

seruauerit, aut phylacterijs eorum vsus fuerit, anathema sit, hoc est, anathemate feriatur. Ibidem cap. Non oportet. Statuitur, vt Clerici sacris Officijs dediti, qui fuerint Magi, vel incantatores, aut superstitionis artibus vtuntur, ab Ecclesia proiciantur. Ibidem cap. Si quis Episcopus, Presbiter, Diaconus, vel clericus aruspices, vel alios quoscumque diuinantes consulerit, ab honore dignitatis sua sit suspensus, hoc est, sit a suo gradu deiectus. Ibidem. Aliquantis Clericus, vel laicus Diuinationis scientiam professus, aut consulens, aut docens, ab Ecclesia habeatur extraneus. Ibidem cap. Sortes sub anathematis interdicio prohibentur diuinationes, ne fiant. Ibidem. ca. Si quis clericus: Clericus, vel secularis, qui diuinationes obleruerit, ab Ecclesie communiõne propellatur. & ap. Augurij: Ab Ecclesia separetur, qui augurij, & incantationibus studuerit. Ibidem Quæst. 7. Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarium obseruat. Ibidem. C. Admonent, decernitur: Si quis artes magicas, & incantationes exercuerit, clericus gradu suo deiciatur, laicus anathemate feriatur. Hæc omnia ex Iure communi canonico colliguntur. At in Directorio Inquisitorum Parte secunda, Quæstione 43. continetur quædam constitutio Pontificia edita à Ioanne 22. in qua ipso iure excommunicationis pœna ijs omnibus irrogatur, qui Sacramentis, aut rebus sacris in diuinationibus abutuntur, aut nefarijs precibus Dæmones inuocant, aut sacrificia illis offerunt, aut eos venerantur, & colunt, aut cum eis impia pacta faciunt. Postremò, vt testatur Abbas cap. 1. De Sortilegijs, vltra pœnas legis sortilegi infami coronati mitra in publicum produci solent, aut scallati alligati ignominiosè prope fores templi siue ædis sacre constituuntur.

Quartò Quæritur, An Inquisitores hæreticæ prauitatis habeant auctoritatem, & ius in eos Diuinantes, & sortilegos, inquirendi, & animaduertendi? Resp. habere, quotiescumque aliqua admittent, quæ manifestè hæresim contineant, aut sapiant: sapiunt autem hæresim ex diuinationes, in quibus aliqui imagines baptizant, pueros rebaptizant, vel caput defuncti suffumigant, aut Sanctorum imagines conculcant, proterunt, spūs frædant, Cruces deiciunt, atque confringunt, aut sacramentis, aut rebus sacris, aut sacramentalibus nefariè, & sacrilegè abutuntur. Continent verò manifestè hæresim diuinationes, in quibus quidam ipsos Dæmones inuocant, vel consulunt, eis thura adolendo, sacrificia offerendo, candles accendendo, venerationem, & cultum tribuendo, genua flectendo, se humi prosternendo, vel aliquid aliud prestando ob eorum obsequium, honorem, & reuerentiam: Qui item eis seipos deuont. & tradit: Qui Fidè abnegant: Qui eorum scripta nomina honoris, & cultus causa deferunt. Omnes huiusmodi tanquàm hæretici, aut saltem nomine hæresis vehemèter suspecti, iure possunt ab Inquisitoribus puniri, vt colligitur ex ca. Accusatus. §. Licet. De Hæret. in Sexto: & iure ipso, affecti sunt ijs pœnis, quibus Canones, & Iura Hæreticos, & de Hæresi suspectos subiectos esse voluerunt. At verò Iure communi Canonico, & antiquo auctoritatem nõ habet Inquisitores animaduertendi in Sortilegos, & Diuinantes, vt constat ex eodè ca. Accusatus, in Sexto, si prædicta non faciant, quamuis fortibus, & alijs

& alijs diuinationibus vtantur. Sed quid si Dæmones innocenti, & consulant eo solum animo, vt ex eorū verbis futura fortuita, vel occulta discant, ita vt nihil eorum, quæ diximus efficiat, sed solum Dæmonem consulant, vt amicum, & sociū, more eorum, qui alios se peritiores consulunt? Respondet Caiet. 2. q. 95. ar. 4. eos non esse hæreticos, nec inuocationem, qua Dæmones inuocant, hæresim continere, aut sapere: sed subijcit statim, se in hac parte, vt Theologum, & Theologicè loqui, non vt iuriscofultum, qui in iudicio procedit. Quidam alij respondent, in eos non habere ius inquirendi Inquisitores, quia nec sunt Hæretici, nec de hæresi suspecti, cū nihil præ se ferat, quod sapiat aut cōtineat hæresim, quod mihi sanè respōsum nō placet. Nā etsi in eos iure communi, & antiquo canonico Inquirere nequeant, tanquam in Hæreticos, aut in eos, qui faciunt aliquid, quod manifestè contineat, aut sapiat hæresim, possunt tamen Inquirere tanquam in suspectos de hæresi. Nam eo ipso, quod Dæmones euocant, & eos de futuris euentibus fortuitis, aut occultis interrogant, nomine hæresis meritō suspecti censentur. **Q**UÆRES deinde, quidnam iure nouo Pontificio hac de re, constitutum sit? **R**espondeo, esse etiam Constitutionem à Sixto V. quæ incipit. *Celi, & terræ*: in qua licet excommunicatione ipso iure, non imponatur, conceditur tamen Episcopis, Prælati, & alijs ordinarijs locorum, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbi que gentium deputatis, vt Inquirere, & animaduertere queant in omnes sortilegos, & diuinandi artibus vtentes. Hæc enim sunt eius verba: *A*postolica auctoritate statuimus, & mandamus, vt tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque diuinationis, Astrologia artium, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam, in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & naturas hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus, ab humana voluntate pendens, aliquid euenturum affirmare audent, etiamsi id se, non certo affirmare afferant, aut protestentur: quam contra alios viriūque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, aut docent, aut discunt, quibus huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda delicta, vt præfertur, faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant tam Episcopi, & Prælati superiores, & alij locorum ordinarij, quam Inquisitores hæreticæ prauitatis, & que gentium deputati, etiamsi in plerisque ex his casibus, ante nō procedebant, aut procedere nō valebant, diligentius inquirat, & procedant, atq; in eos seuerius canonicis penis, & alijs eorum arbitrio animaluerant. Hæc ibi. **E**x quo fit, vt vi huius Constitutionis, vbi vsu recepta, confirmataque fuerit, hæreticæ perfidie Inquisitores possint Inquirere, & animaduertere in eos omnes, qui supersticiosam quamlibet diuinandi artē exercent, profitentur, docent, addiscunt, aut diuinationibus vtuntur, aut in eis se quomodolibet ingerunt. Cum tamen iure communi canonico antea sancitum esset, quod haberetur in cap. *Accusatus*. §. *Licet*, De Hæresi, in Sexto, vt Inquisitores pestis hæreticæ à Sede Apostolica deputati, de diuinationibus, aut sortilegijs, nisi hæresim saperēt, aut redolerēt, manifestè inferre, & ingerere se nō debeāt,

nec punire talia exercētes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos. Hæc in eo capite.

Quintò queritur, quidnam sit iure constitutum contra libros, & Scripturas, quæ docēt, continēt, & superstitiosas diuinationes? **R**espondeo in *L. Culpæ*. C. *De Malefisis*. Valentinianus Imperator sancit, ne Magica ars doceatur, aut discatur. Et in Indice librorum prohibitorum in Concilio Tridentino edito, Regula nona sic habet: *Libri omnes, & scripta Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pyromantia, Oenomantia, Chiromantia, Necromantia, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, profus reijciuntur, Episcopi vero diligenter provideant, ne Astrologia iudicaria libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitis casibus, aut ijs actionibus, que ab humana voluntate pendēt, certo aliquid euenturum affirmare audent. Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, que navigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta sunt.* Hæc Regula. Et Sixtus V. in Constitutione paulō ante producta prohibet eosdem libros censuris, & penis, quæ in Indice continentur; irrogatis, ne à Christi fidelibus legi possint, aut quomodolibet retineri: sed ait illos Episcopis, & ordinarijs locorum, vel Inquisitoribus exhiberi, & tradi oportere. Alioqui cōstituit, & præcipit, vt contra sciētē legentes, aut retinētes libros, aut scripta huiusmodi, Inquisitores liberè ius habeāt, & auctoritatē procedēdi, & penis debitis coercent, & puniant. Immo Ioannes 22. in sua Constitutione Pontificia, cuius mentionem superius feci, excommunicatione ferit omnes tenentes libellos, scripturasque continentes aliquos ex prædictis erroribus, vel in eis studentes, nisi infra octo dies aboleant, & cōburant in totū, vel ex parte. Hæc ibi. Et in Indice nouissimo auctoritate. S. D. N. Clemētis VIII. edito, in obseruatione circa nonam regulam eiusdem Indici, dicitur ab Episcopis, & Inquisitoribus Christi fideles sedulo adueniendi sunt, quod in legentes, aut retinētes contra regulam hæc libros huiusmodi Astrologia iudicaria, diuinationum, & sortilegiorum rerumque, aliarum in eadem regula expressarum procedi potest, non modo per ipsos Episcopos, & ordinarijs, sed etiam per Inquisitores locorum ex constitutione facta recordationis Sixti V. Hæc in Indice.

Sexto queritur, quænam cauenda, & fugiēda sint, ne vana sit, & superstitiosa obseruatio, cū verba, aut characteres certi describuntur, vt aliquid eueniat, & impetretur? **R**esp. ex S. Th. 2. 2. q. 96. ar. 4. quatuor cauere oportere. **P**rimò, ne quid scribatur, & manifestè Dæmonis inuocatione, cultū, & venerationem cōtineat. **D**einde, ne verba, aut characteres penitus ignoti scribatur: nā eo ipso, quod est scriptura incognita, debet nobis esse suspecta, quæ erroris, aut impietatis periculū, & occasionē afferat, & præbet. **P**reterea, ne scriptura illa falsi aliquid cōtineat. **D**eus. n. rei falsæ testis esse nō potest, & proinde falsæ scripturæ ministerio nihil boni diuisit, & contingit. **P**ostremò, ne verbis sacris vana aliq. admisceat. Verbi gratia, si in eis spes cōstituatur, quod certo hebdomadæ die conscripta sint, aut certa diei hora aut manu foemina, non viri pueri, aut iuuenis, nō senis, aut manu sinistra, nō dextra; aut duobus digitis, non tribus; aut characteribus rubro colore tinctis, nō nigro.

Septimò queritur, fasne sit in floribus, her-

bis, fructibusque colligendis, aut animantibus custodiendis, ut certis verbis sacris, aut certas preces adhibere ad eam rem compositas, & accommodatas, ut ab eis morbi, & vitia, & quicquid dolerit, & mali habeant, arceantur. S. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. respondet, fas esse Apostolorum Symbolum, aut precationem Dominicam, aut alia verba sacra, præsertim cum signo Crucis, recitare: dummodo spes, & fiducia non in literis, syllabis, aut nudis ipsis nominibus, & vocibus, sed in Deo ipso rerum opifice, & liberali bonorum omnium largitore ponatur. Alioquin enim non licere id facere, ut constat ex cap. Non liceat, 26. q. 5. §. 5.

Vltimò queritur, An rudes, & imperiti homines grauitè peccent, cum bona fide absque expressa Dæmonis inuocatione, superstitiosa, & vana vtuntur obseruatione? **Respondeo**, si cum rebus, factisque suis superstitiosè aliquid adhibent, id scienter efficiant, aut hæsitent, fas id sit necne, eos grauitè peccare, quia licet voluntate careant euocandi Dæmonem, scienter tamen vana, & superstitiosa obseruatione vtuntur, aut saltem dubitât, sit superstitiosa nec ne, nam eo ipso, ab ea abstinere debuissent, ne periculum incurrerent superstitutionis, vel impietatis. Si tamen bona fide putent nihil superstitiosum, & vanum contineri, cum credant id, quod optant, petunt, agunt, fieri posse vi, & facultate naturæ, vel potestate Dei, vel Angelorum opera; aut quia vident, illud idem pios, & religiosos homines facere consueuisse, non peccant, quoniam ob ignorantiam bona fide excusantur. Debent tamen à Presbytero, qui eorum confessiones excipit, admoneri, vt se in posterum ab huiusmodi superstitiosis obseruationibus abstineant, quia cū sint superstitiosæ, eo ipso, sunt male per se, ac proinde omnino cauendæ, & fugiendæ, vt vana, & inanes.

Cap. XXVII.

De sacrilegio, quod contra Religionem committitur.

Primò queritur, quidnam sacrilegij nomine intelligatur? **Respondeo**, si proprie, & pressè sumatur vocabuli Etymologia; sacrilegium esse rerum sacrarum furtum. Vnde sacrilegi dicuntur, qui res sacras surripiunt, aut qui rem non sacram, in loco tamè sacro depositâ, aut committunt furantur. Postea tamen latius est nomen acceptum, & translatur ad significandum peccatû, quo res sacrae polluitur, aut indignè, & impiè tractantur. Et hoc modo sumptû sacrilegiû, est peccatû, quo res sacrae indignè tractantur ab aliquo; scilicet non eo honore, veneratione, & cultu, quo deberent. Appellatione autè rei sacrae accipitur ea, quæ sanctitatè aliquam habet, aut Christi institutione, aut Ecclesiæ consecratione, vinctione, benedictione, vt vocatur, quæ est precatio, qua Ecclesiæ minister certis ritibus, & cæremonijs Ecclesiasticis adhibitis, bona precatur rei, quam sacrat. Ea item, quam Ecclesiæ ad sacros vsus, & ministeria destinauit.

Secundò queritur, quot sint sacrilegij species, & modi? **Respondeo**, in vniuersum tria esse sacrilegiorû genera. Aut enim sacrilegiû contra personam sacra, aut contra locû sacrum, aut contra rem sacram admittitur.

Tertiò queritur, quot modis contingat sacrilegiû, quod cõtra personam sacra committitur? **Respondeo**, huiusmodi sacrilegiû esse peccatû, quo contra honorè, & cultû, & sanctitatè personæ sacrae debitâ delinquitur, aut quo religio violatur, dum persona offenditur. V. G. si quis rē habuerit cū foemina voto castitatis adstrictâ, accessus ad eam totus est sacrilegus, quia est contra votû, religionis officiû, & opus. Quo fit, vt quancumq; quis votû, aut iusuradum violauerit, sacrilegus sit, eo quod votû, & iusurandum, quæ sunt religionis actus, nõ soluat, & seruet. Præterea, qui Clericû occiderit, aut ei colaphos impegerit, eum uel sauerit, & verberauerit, sacrilegiû admittit, quia facit cõtra venerationè, & cultû Clericû sanctitati debitû. Clericus enim Sanctus, & sacer est, non solû, quia fit ad diuina ministeria destinatus, sed etiâ, quia Ecclesiasticis legibus interdictû est, ne per iniuriâ lædatur. Item, si presbyter suo officio functus Sacramèta conferat, lethalis peccati cõsciens, aut sacrosanctû Eucharistiæ Sacramentû cõficiat, aut Missæ sacrificium offerat, sacrilegij graui scelere sese cõmaculat: quia indignè Sacramèta tractat. Pari ratione laicus lethalis culpe cõsciens, Sacramèta percipiens, sacrilegiû admittit. At verò si Clericus furetur, mentiatur, aut maledicta in Deû, vel Sanctos in cælo regnantes conijciat, peccatû quidè committit, nõ tamè sacrilegiû. Violat enim furando mentièdo, maledicendo, naturale ius, sed contra sanctitatè personæ Clerici debitâ nõ delinquit. Præterea, si ludis, comestationibus, venationibus, negotiationibus se dedat; Canones quidè, & Ecclesiastica iura peruertit; reus tamè sacrilegij propriè nõ est: hæc enim solû latè, & amplè sacrilegia dici possunt. Prohibet quidem Ecclesiæ prædicta clericis, nõ ob personæ sanctitatem, sed ne ab Ecclesiasticis ministerijs abstrahantur. **Quarès**, an si quis Clericû corâ Iudice ciuili, & seculari conueniat, sacrilegij crimine sese obstringat? An item Iudex ciuili, & secularis, si in Clericû inquirat, & animaduertat, ita vt in eo Ecclesiasticas leges, seu Canones qui immunitatem, & libertatè Clericis concedunt, labefactet, in sacrilegiû incurrat? **Resp.** incurrere, quoniâ immunitatè, & libertatem Clericis Ecclesiæ sanctione debitâ perfringit. Pari ratione si laicus tributa, vectigalia, & quas vulgò gabellas, siue collectas appellât, à Clericis exigat, erit in exigèdo propriè iniustus, quia exigit quod sibi nõ debetur, & ab eo, qui ipsi nihil debet, erit etiâ quodammodo sacrilegus, quia cõtra immunitatè Clericis debitâ delinquit. Ita etiâ si Clericus sacris ordinibus initiatus, cū foemina rē habuerit, sacrilegij crimine ac pœna tenetur iuxta, veriorè sententiâ, quoniâ nõ solû Ecclesiastica lege castitatè seruare, debet: sed etiâ quia Ecclesiæ decreto, dum ad sacros ordines promouetur, spondet, ac vœuet, se castitatem seruaturum.

Quartò queritur, quando quis sacrilegium committat in locum sacrum peccando? **Respondeo**, tunc nimirum, cum aliquid facit, quo loci sanctitas polluitur. Sciendum est, locum aliquem cõsecrari, hoc est, religiosum, & sacrum effici adhibitis certis quibusdâ Ecclesiæ precatonibus, ad sacramèta in eo plebi seu populo fideli ministranda, ad Missarum sacrificia offerèda, ad officia,

Ecclesiastica obedienda, ad mortuos sepulture mandandos, Deo venerationem, & cultum deferendum. Quando igitur aliquis contra hæc in loco sacro delinquit, sacrilegij crimen contrahit, quodnam violat loci sanctitatem. Præterea, si lex Ecclesiastica, quæ constituit immunitatem, libertatem, honorem, & cultum, non seruetur, sacrilegij crimen admittitur. Si **QVAERAS**, quæ sint Ecclesiasticis legibus prohibita, ne in loco sacro fiant? **Resp.** sanè multa. Primum est, in loco sacro aliquem occidere. *c. propolusiti. de consecrat. Ecclesie.* Secundum, humanum sanguinem per injuriam enormem effundere. *c. ciato. propolusiti.* Tertium, voluntariè humanum semen emittere. *c. Ecclesijs. de consec. dist. 1. c. significasti; de adul. quibus tribus polluitur, & violatur Ecclesia. Silu. verbo. consecr. 2. quest. 5.* Quartum est: confugientes ad locum sacrum per vim extrahere. *cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* Quintum, Paganum, siue infidelè, aut sacro baptismo non initiatum, aut fidelium quempiam excommunicationis vinculo ligatum sepelire; quo etiam casu polluitur Ecclesia. *cap. Ecclesiam. de consec. dist. 1. c. consuluisti. de consecrat. Ecclesia.* Sextum: loco sacro res commendatas, aut in eo depositas vi, aut clam furripere. *c. quisquis 17. q. 4. & Glossa. ibidem.* Septimum: Ecclesia non potest loco arcis, aut propugnaculi inferuire ad vsus bellicos contra hostes. *c. 1. c. cum Ecclesia. de immunit. Eccl. & Doctores ibid. Silu. verbo. immunitas. 1. q. 2.* Octauum: non potest ad habitationem, aut alios vsus profanos conuerti. *c. ligna. de consec. d. 1. c. ad hæc; & alij capitibus, de religiosis domibus.* Nonum: prohibemur omnino, in Ecclesia Scenicis, aut turpes ludos facere, & alia spectacula similia hominibus præbere. *Clem. cum decorum. de vit. c. honest. Cleric. Secus est, si ludi sunt honesti, & qui ad pietatem, & religionem moueant spectatores, vel auditores: Silu. immunitas. 1. q. 2. distio. 8.* Decimum: prohibemur facere ea, quæ officia diuina, aut cultum Ecclesiasticum impediunt. *c. decet. de immuni. Eccl. in 6.* Undecimum, nequeunt laici Ecclesijs collectas imponere, neque ab eis exigere. *cap. quanto; de censibus.* Duodecimum: sacrilegium est Ecclesias infringere, & spoliare. *c. dirupit. c. quisquis. 17. q. 4.* Decimumtertium: prohibemur placita secularia in Ecclesia tractare. *c. 1. c. com. Ecclesia. de immuni. Eccl. Hæc sunt, quæ vi Ecclesiasticarum legum seruari debent, vt locis sacris honor debitus deferatur.*

Quintò quæritur, quæ loca censeantur esse religiosa, & sacra? **Respondeo**, ea, quæ iure canonico Religiosa loca siue sacra vocantur. Religiosa verò loca habentur, omnia tēpla, quas etiā Ecclesias appellamus, Monasteria, Oratoria, Hospitales domus, si immunitate, & libertate Ecclesiastica iure Canonico cōcessa gaudeant: tunc autē gaudere dicuntur, quando auctoritate Episcopi fundata sunt: secus verò nō itē. Animaduertendū est, Monasteriū, in quo habitant Regulares, aut cōmunē locū, in quo somnū capiūt, quod dormitoriū appellat, agros itē, prædia, & domos, quas possidere, & locare ad habitandū Ecclesiæ solēt, nō haberi loca sacra in omnibus: quoniā si in huiusmodi locis semen humanū ex proposito emittat quis, aut cū foemina rē habeat, nō committit sacrilegiū, quo locus facer pollutus, & violatus reputetur; iudicantur tamen loca sacra, quatenus in alijs multis

immunitate, & libertate Ecclesiastica gaudent, vt suo loco dicitur.

Sextò quæritur, An qui rē nō sacrā è loco sacro furripit, sacrilegium furtū admittat? Franciscus Victoria censet esse sacrilegū furtum. Communiter tamen sententia Summistarū, & Theologorum receptū est, esse tria sacrilegi furti genera, quæ superius enumerauimus, nimirū, cū res sacra è loco sacro auferatur: Aut res nō sacra è loco sacro: Aut res sacra è loco nō sacro. Sic Glossa communi cōsensu approbata in *cap. quisquis. 17. quest. 4.*

In hac Quæstione dubitandum non est, esse sacrilegium, si quis è loco sacro auferat rem Ecclesiasticis vsibus, & ministerijs deputatā; quamuis sancta, consecrata, aut benedicta, vt dicitur, non sit, vt si Imagines, pannos, ornamenta, cortinas, pelles, fellas, aut similia quæ furripiant. Præterea negandum non est, furtum esse sacrilegū, si quis laicorum res, in sacro loco asseruatas, abstulerit. Et hoc est, quod habet communis opinio, sacrilegium esse furem eum, qui rem non sacrā auferet è loco sacro: tunc enim contra loci sacri immunitatem, & libertatem delinquit: nam locus facer immunis est in hoc, vt confugientes ad se excipiat, & res etiā commendatas, & creditas Ecclesiæ, cōseruet. Eadem ratione sacrilegus est, qui è loco sacro res etiam laicorum depositas, locustasie, mutuo, vel commodato, aut loco pignoris traditas furatur. Nihilominus tamen, probabile est, non esse furtū sacrilegū, si quis rem laici, in loco sacro non asseruatā, non depositā, non commendatā Ecclesiæ, sed casu, in loco sacro relictam inde abstulerit, & hoc fortassis Victoria voluit.

Septimò quæritur, An qui in loco sacro habet voluntatem, & animū occidendi, furandi, vel rē cum foemina habēdi extra locū sacrum, sacrilegium admittat? **Respondeo**, minimè, quia actus exterior, quem vt finem sibi propositū habet, & in quem intendit, est quidē in eo voluntarius, sed solum, vt opus extra locum sacrum faciendum. Si **ROGES**, an è contrario, si quis extra locum sacrum constitutus voluntatem habuerit occidendi, furandi, vel cum foemina rem habēdi in loco sacro, sacrilegij reus sit? Quidam id negat ob eam rationē, quoniā loci sanctitatis internis voluntatis actibus non violatur, sed solum externis. **Verū tamen est**, quod alij sentiunt, talē hominē sacrilegij admittit: quia opus exterius, quod est homicidium, vel furtum, vel cōgressus cū foemina, vult in loco sacro facere: Sed actus exterior, & interior voluntatis, quando in eadem materia subiecta versantur, sunt eiusdem speciei. **DEINDE QVAERES**, an is, qui in loco sacro est, cum mente delectatur in homicidio, furto, vel adulterio cogitato, in sacrilegij crimen incurrat? **Resp.** delectatio, quā capit ex adulterio, furto, vel homicidio, terminetur in eis per se absolūtè, solum vt ea mente concipiuntur, sacrilegij non est, quoniā cōtra loci sanctitatem ille non peccat, quamuis in loco sacro peccet: at verò si delectationem capiat ex adulterio, homicidio, furto, vt in loco sacro perpetrato, licet quidam existiment sacrilegium non esse, quia actus internus loci sanctitatem non polluit: **Mihi tamē sacrilega eiusmodi delectatio videtur**: quoniā delectatio eiusdem est speciei, cuius est materi-

subiecta

subiecta, vt quarto libro dixi cap. 6. quest. 3.

Octauo queritur, quid nomine rei sacræ intelligatur, in qua sacrilegium admittitur? **R**espondeo, res sacræ esse Sacramenta; deinde altaria, vasa, vestes, Sanctorum reliquias, imagines, in quibus Sancti coluntur; denique omnia, quæ pertinent ad cultum diuinum, & vsibus diuinis, & sacris deputantur, quæ solent esse consecrata, aut Episcopali auctoritate certis ritibus, & precibus adhibitis ad diuinum vsus, & Ecclesiastica ministeria destinata. Quando cumque igitur huiusmodi res furto surripiuntur, Sacrilegium admittitur. Item si in vsus profanos conuertantur: si laicorum collectis, tributis, gabellis clerici onerentur, si non dignè, religiosè, & piè tractentur. Quare sacrilegium committit presbyter, qui lethali peccato infectus sacramenta confert, aut laicos, qui culpè lethalis conscius Sacramenta suscipit. **Q**uæres, An Simonia sit sacrilegium? Ratio questionis est, quoniam per Simoniam res sacræ venduntur, emuntur, permutantur; ergo tota venditio, & emptio, & permutatio est sacrilegia, cum sit penitus iure canonico interdictum res sacræ vendi, aut emi. Sed ex altera parte, Simonia crimen est à Sacrilegio distinctum. Respondeo, Simoniam eo ipso, quod est rerum sacrarum venditio, & emptio, esse sacrilegam, quoniam qui res sacræ vendunt, & emunt, non eo honore, & cultu, quo debent, eas tractant: ac verò Simonia, vt peccatum à sacrilegio distinctum numeratur, eò quod peculiarem habeat sacrilegij rationem.

Nonò queritur, An Sacrilegij rationem habeat id omne peccatum, quo res sacræ, non vt deces, tractantur? Ratio questionis est, nam si Sacrilegium esset, inde fieret, vt Sacrilegij reus sit laicus, si vasa sacræ, reliquias Sanctorum, cereos, Agnos Dei contrectet: Sacrilegium quoque esset signum Crucis, aut Sanctorum imagines in faxis, & sepulchris humi stratis sculpere, & depingere, cum inde sequatur, vt sepe conculcentur. **R**espondeo, sacrilegium in præsentia, vt præmonui, latius accipi pro peccato, quo sacræ abique debito cultu, & honore tractantur; & proinde feremur ad Sacrilegium reuocari ea omnia, quibus sacræ modo aliquo foedamus, veluti; si Sanctorum imagines proteramus, Reliquias conculcemus, Cruces deiciamus, comminuamus. Similiter etiam cum sacræ tractant, manu uere tangunt laici, quibus hoc est interdictum: Sicut etiam sacrilegium admittitur, si res sacræ in profanos vsus conuertantur. **Q**uæres, an si quis decimam fructuum portionem Ecclesiæ debitam surripiat, furtum sacrilegum committat? **R**espondeo, quidam committit: quia licet eiusmodi fructus sit res temporalis, est tamen alimentum, & vitæ subsidium ad clericos honestè, & commodè sustentandos destinatum. Qui etiam segetes Ecclesiæ disperderet, aut deuastaret agros, aut domos locari solitas euerteret, sacrilegium, inquit, & graue crimen admitteret. Pari quoque ratione, qui ecclesiastica beneficia Ecclesijs erepta sibi viurparet, aut alia Ecclesiarum iura sacræ sibi vendicaret absque vlla Ecclesiæ facultate, sacrilegium ille perpetraret, quia eiusmodi iura sunt ipiritualia, & sacræ.

Decimò queritur, An vniuersum omnes sacrilegi, qui Ecclesiarum res, & bona furantur diripiunt diripiunt, ipso iure excommunicationem contrahant? Hæc questio inde profecta est, quod in cap. Omnes Ecclesiæ 17. q. 4. c. Canonica 11. q. 3. videtur lata esse excoicatio ipso iure in huiusmodi sacrilegos. **R**espondeo, non omnes sacrilegos ipso iure communi excoicatione esse affectos, sed debere post monitionem canonicam, nisi satisfecerint, excoicatione damari. Sic Abbas in cap. vlt. de furtis. nu. 2. & manifestè liquet ex c. Quisquis, §. sacrilegium, 17. q. 4. & Glossa in c. Ois Ecclesiæ 17. q. 4. **Q**uæres, qui sacrilegi ipso iure excoicatione afficiantur? **R**espondeo, quatuor esse sacrilegorum genera, nimirum; Qui manus violentas in clericos iniiciunt, occidendo, percutiendo, verberando, aut aliquo alio modo eos indignè tractando, c. Si quis suadente, 17. q. 4. Deinde, laici qui collectas, & quas vocat gabellas, tales, decimas, præstantias, & alia similia onera clericis, aut Ecclesijs absque Romani Pontificis facultate imponunt, aut ab eis exigunt, aut etiã imposita à sponte dantibus recipiunt. Itè qui per se, vel aliud, directo, vel indirecto ea facere, exequi, procurare, aut eis dè auxiliu, consilium, fauorè, votu, aut suffragiu, palam, vel occulto præstare audent, quæ quidè excoicatio cõtinetur in Constitutione Pontificia, quæ Bulla cœnæ Domini vocatur. Præterea, ipso iure in excoicatione incurrunt, qui violat immunitatè personarum, vel rerum Ecclesiasticarum, vt continetur in eadè Cõstitutione: de quibus excoicationibus suo loco tractabimus. Postremò in Conc. Trid. sess. 22. c. 11. de Reformatione, sic statuitur: Si quem clericorum, vel laicorum quacunque dignitate, etiã Imperiali, vel Regali præfulgeat. in tantum, malorum omnium radice cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiusvis secularis, siue regularis beneficii, Monium pietatis, aliorumque piarum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, & Emphiteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, que in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent, per se, vel alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quacunque quæstio colore in proprios vsus conuertere, illi, que vsurpare præsumperit, seu impedire ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur, is anathemati tandem subiaceat, quandiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione supposita personæ peracnerit, Ecclesiæ, eiusque administratori, siue beneficiario integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiã iure patronatus ultra predictas penas eo ipso priuatus existat. Clericus vero qui nefandè fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit eidem penis subiaceat: nec non quibuscumque beneficijs priuatus sit, & ad quacunque alia beneficia inhabilis efficiatur: & à suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui ordinarij arbitrio suspendatur. Hæc ibi sancta synodus.

Vndecimò queritur, An ipso iure excoicatione feriatur Incendiarij, qui studio, & dolo igne in Ecclesijs iniiciunt, easque incendunt, & deuantant? Dux sunt opiniones: Prima affirmat: ita Glossa, & cõi consensu Summistarum, & Canonici iuris interpretu recepta in c. Tua. De sent. exc. Secunda verò negat, Sic Caiet. in sum. verb. exc. c. 22. Sil. exc. 7. casu. 7. Naua. c. 23. n. 74. Videtur itaq; dicesu. Quia

uis non

uis non ita manifestò constet, esse iure communi & antiquo latam excommunicationem; consuetudine tamè aliud receptum est, ut ipso facto excommunicatione censeantur affecti: aut saltem Pòrifex in c. *Tua, de sent. ex. vt certum reliquit, eos esse excommunicatione alstrictos, & statuit tanquam nouum ius, vt si denunciati fuerint Ecclesie sententia à nullo, præterquã à Romano Pontifice absolui queant, sin minus, ab Ordinario: Et hoc est, quod eo capite Glossa, Abbas, & alij Canonici iuris doctores tradiderunt. In cap. *Pessimam* 23. *quæ est*. 8. dicitur: *Pessimam quidem, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & Apostolorum Petri, & Pauli omnino detestamur, & interdiciamus. Et deinde dicitur: Si quis malo studio, odio, aut vindictæ cupiditate ignem exposuerit, excommunicetur, at si mortuus fuerit incendiarius, careat sepultura Christiana.**

Duodecimò queritur, An qui effringunt templa, & spoliant Ecclesias, sint ipso iure in excommunicationem prolapsi? Communis est omnium opinio, vt constat ex Glossa, Abbate, & cæteris in cap. *Conquesti, de sentent. excomm.* eos iure ipso excommunicationem contrahere. Quia licet in cap. *Conquesti, de sentent. excomm.* in eos, ipso facto excommunicatio non feratur, vt verum tamen, & certum relinquatur esse excommunicationem a liquo contra eos constitutam: de qua re suo loco fusius differemus.

Decimotertidò queritur; An ipso iure sint excommunicatione damnati, quicumque ex loco sacro rem sacram abstulerint, vt reliquias, calices, vestes, aliaque similia? Hoc ideo queritur, quia in cap. *Quisquis, 17. quæ est*. 4. dilucidè constitutum est: *Si quis domum Dei violauerit, & aliqua inde abstulerit sine licentia eius, cui Ecclesia est commissa, sciat se continuatione priuatum, donec satisfecerit. Respondeo, multos opinari, eos nequaquam ipso iure excommunicationem contrahere, nisi ædem ipsam sacram effregerint, & rem sacram furati fuerint. Quia in illo cap. dicitur: *Si quis domum Dei violauerit, id est, effregerit, & aliquid inde abstulerit. Sic Abbas in cap. *Ex literis, de furtis, num. 2.* Alij verò putant, eos ipso facto, excommunicatione affici, si absque facultate eius, cuius curæ Ecclesia committitur aliquid rapuerint, vel extraxerint. Nam hoc ipsum, quod est aliquid furari, est domum Dei violare. Probabilior est prima sententia.**

Cap. XXVIII.

DE BLASPHEMIA.

Queritur primò, cui virtuti Blasphemia opponatur? S. Thomas 2. 2. *quæst. 13. art. 1.* censet Blasphemiam Fidei confessioni aduersari; quia verbis blasphemis Deo tribuit, quod in ipsam non cadit, aut negat, & detrahit, quod ipsi conuenit: quorum vtrumque Fidei confessioni repugnat. Quidam arbitrantur, Blasphemiam esse periurium contumeliosum, vnde eam cum Periurio quadam ex parte confundunt: Alij autem opinantur, Blasphemiam Religioni opponi: quia nihil aliud est, nisi conuictum, quod in Deum maledici conijciunt, hoc est, contumeliosum dictum, quod in Deum, vel Sanctos in cælo regnantes maledicis confert. Præterea, multæ blasphemie in Deum, vel Sanctos dictæ nihil falsi continent, quod cum fidei confessio nepugnet

sed solum sunt contumelie, & maledicta, quæ conijciuntur in Deum: nam detestabili blasphemie scelere se obstringitis, qui aliquid veri de Deo dicit, sed per contumeliam, seu irrisionem, vt qui per Christi Domini membra obscenè, & impudenter iurat.

Deindè, in Iure Canonico Blasphemi in Deum, vel Sanctos sub Maledicis continentur: in *Titulo De Maledicis*. Postremò, blasphemiam in Regem, vel Principem, est verbum contumeliosè in eum dictum, ergo Blasphemia in Deum, nihil aliud est, nisi conuictum coniectum in Deum: ita ex Hugone Sancti Victoris colligit Conar, in c. *Quamuis pactum de pactis, in 6. par. 1. §. 7. num. 8.* Et hoc mihi magis probatur. S. Tho. præsius videtur Blasphemiam accepisse, prout est verbum, quod in Deum contumeliosè dicitur, continens, vel sapiens hæresim. Nec item Blasphemia semper cum periurio, aut Iureiurando coniungitur.

Secundò Queritur; Quid sit Blasphemia peccatum in Deum? Respondeo, ex communi omnium sententia, esse verbum, quod de Deo, vel Sanctis in cælo cum Christo viuentibus per contumeliam dicitur. Quare, vel affirmat aliquid, quod Deo non competit; vel negat, quod ei conuenit; vel certè, quæ Dei sunt, absque iusto, & debito honore, cultu, & reuerentia nominat, irridendo, aut per ea turpiter, & inhonestè iurando. Quo fit, vt Blasphemia ab Infidelitate penitus distinguatur: nam infidelitas in mente consistit, est enim falsus mentis contra Fidem assensus: Blasphemia verò in verbo, seu sermone posita est: nec enim credit blasphemus, quod vocibus exprimit, & effutit. Differt etiam, vt dixi à peccato, quod Fidei confessionem euertit: quoniam Blasphemia latius se fundit: per blasphemiam enim ea dicuntur, quæ contumeliosè nominantur, quamuis Deo verè conueniant.

Tertidò queritur, quot modis Blasphemia contingat? Respondeo, multis; Primò, si de Deo quis aliquid dixerit, quod in ipsum non cadit, vt si eum compeller crudelem, vel iniustum, inscium, & ignarum, vel mendacem, vel inuidum, vel talem, qui res hominum non videat, non curet, non re ãe administret. Deindè, si de Deo deneges aliquid, quod ipsi conuenit, vt si dixeris eum, hoc vel illud prohibere nò potuisse, vel nò debuisse, vel nihil hominù casus aduersos, vel prosperos curare. Item, si dicendo rei creatæ tribuas, quod est propriù Dei: quo crimine se commaculat frequenter, molles, & lasciuu puellarum amatores, quas ita amant ardentè, ita immodicè laudat, & prædicant, vt eas nominibus quibusdã appellent, cæco amoris igne inflammati ad libidinem, quibus aliquid Dei proprium significatur. Quo etiã se scelere deuincit is, qui per rem aliquã creatã, tanquã per Numè, & Deum iurat, qualis est mos Gentiliu. Præterea, si Deo aliquid mali imprecaris: nam hoc ipso tuis verbis Deum malo subijcis, quasi Deus possit mali aliquid perpeti. Postremò si per membra Dei, vel Christi Domini obscenè, & turpiter iures, in quod immane scelus, & horrendum solent incidere nebulones, muliones, agalones, & aurige, & alij rustici, viles, & abiecti homines, qui quidem cum patientes, & lenes non sint, mala, quæ sibi eueniunt, Deo tribuunt: & iras, & indigna

in dignatione correpti, & incensi, ita Deo, & Sanctis cum Christo regnantibus succensent, ut impiè, & nefario ore, acque sacrilego multa inhonestè, & impudenter effutiant: In quibus ideo blasphemia continetur, quia foedè, & inhonestè, & contumeliosè dicuntur.

Quartò *Quæritur*, An Maledictum, quod in Sanctos conijcitur, verè, & propriè Blasphemiam rationem habeat? *Respondeo*, habere, quia quem, à modo veneratio, & cultus, quo Sanctos reuerentur, & colimus, est religionis actus; non quia ipsos, propter ipsos solum religiosè honoremus, colamus; sed etiam propter Deum honoramus, qui eos sanctitate donauit, sic etiam Maledictum, quod eis infigitur, est Blasphemiam peccatum, quia in ipsis Deo maledicitur; qui enim maledicit Sanctis, maledicit eis, ut Sancti sunt: ac proinde maledicit in Sanctis ipsi Deo, qui Sanctos effecit, & à quo est Sanctitas: nam sic etiam qui iurat per Sanctos, religiosè iurat, quia iurat per eum, à quo Sanctitas existit, ac pendet.

Quintò *quæritur*, An Inquisitores hæreticæ prauitatis ius habeant, & auctoritatem inquirendi, & animaduertendi in Blasphemos? De hac quæstione *Castro*, lib. 1. de *inst. heret. punit.* cap. 12. *Couarr.* in *cap. quomodo pascitur. De pascitur.* in 6. p. 1. §. 4. nu. 1. *Simanc.* de *Cast. instr.* tit. 3. *Respondeo*, blasphemias nonnullas esse, quæ manifestè continent, aut sapiunt hæresim: & de talibus cognoscere possunt Inquisitores, Aliæ verò sunt Blasphemie, quæ hæresim non continent, aut sapiunt; & in huiusmodi blasphemias ius, & auctoritatem ordinariam non habent Inquisitores. Quò fit, ut blasphemia sit crimen mixti fori, ut latè probat *Soc. lib. 4. consil. 119.* & *Couarr. loco citato.* Quoniam de omni blasphemia quam in Deum, vel Sanctos maledici conijciunt, possunt cognoscere, tum ciuiles, & profani magistratus, tum Ecclesiastici, & sacri; & datur præuentioni locus. Is enim Index, qui primus blasphemum, sine maledicum deprehenderit, & cepit, in eum inquit, & animaduertit.

Sextò *quæritur*, quibus pœnis Canones, vel leges, & iura afficiant eos, qui se blasphemice scelerè obstringunt? *Respondeo*, hoc peccatum a deo esse inmane, atrox, & detestabile, ut aliquando sacræ literæ, si de blasphemia sermo incidat, benedictionis nomine utatur, per Antiphrasim significantes maledictionem. 3. Reg. 21. Impia Iezabel de Naboth loquens, calumniando dixit: *Benedixit Deo, & Regi.* Job. 1. *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordib. suis: & c. 2. Benedic Deo & mouere.* Et in veteri lege Iudgorum, Dei iussu cõstituta est pœna mortis in eos qui Deo maledicebant; lapidibus enim à toto populo obruebatur. *Leuit. 24. Qui blasphemauerit*, inquit, *nomen Domini, morte moriatur: lapidibus obruet eum omnis multitudo populi, sine ille citius, siue peregrinus fuerit.* Et in authentica, ut non luxurièrunt homines, constituit pius Imperator legem, qua præcipit, ut blasphemii vltimis supplicis puniantur: Porrò vltimum supplicium in iure ciuili, intelligitur pœna capitis, seu mortis. *Ultima. ff. De Pœnis. Propter talia*, inquit, *Imperator, delicta, & fames, & terramotus, & pestes eueniunt. At vero consuetudine recepta, mortis pœna blasphemis per leges Imperiales irrogata, iam*

sublata est, ut teste *Iulio Claro*, libro quinto *sententiarum*, in *Practica. verbo*, *Blasphemia numero tertio communis iuris ciuilis interpretum tradit opinio.* Immo, ut ait *Couarruias loco citato*, olim etiam pœna mortis non puniebantur omnes blasphemii, sed qui ex consuetudine, & absque emendationis, & correctionis spe Deo maledicebant. In his tantum habere locum pœnam mortis iure Imperiali constitutam, aiunt *Cynus*, *Baldus*, *Sallicetus*, *Anania*, *Alexander*, ut citat *Couarruias in cap. quomodo pascitur. de pascitur.* in 6. par. 1. §. 7. nu. 8. 9. 10.

In iure verò Canonico, grauissimæ pœnæ in blasphemos sunt constitutæ, cap. *statuimus. De Maledictis*, sancitum est: *ut si quis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maxime B. Virginem, linguam in Blasphemiam publicè relaxare presumpserit, per Episcopum suum pœnis debitis subijciatur, videlicet, ut septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ palam, dum aguntur Missarum sollempnia, existat, Et vltimo die Dominico pascitur, & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum: & sextis quibusque ferijs intra illud tempus contentis in pane, & aqua ieiunet, arceaturque ab Ecclesiæ ingressu, & tres, si poterit, alioqui duos pauperes, aut unum reficiat illis diebus. Quod si ad hoc ei facultates non suppetunt, in aliam pœnam commutetur: quam si luere recusauerit, ei interdicitur ingressus Ecclesiæ, & Ecclesiastica careat sepultura, si decesserit. Hæc ibi.* Sed hanc pœnam laici tantum non Clerici subire, & perferre debent, ut testantur *Innocentius*, *Hofstiensis*, *Io. Andreas*, & *Abbas*. Clerici verò blasphemii iuxta id, quod habetur in *c. si quis per capillu* 22. *quest. 1.* ab ordine Ecclesiastico, & honore deijci deberent, nisi ea pœna esset vsu abrogata, ut docet *Hofstiensis*. Et vtraque eiusmodi pœna, teste *Abbate*, locum solum habet in ijs, qui maledicunt ex consuetudine quadam, & absque emendationis, & correctionis spe; vel cum ita grauis est blasphemia, ut magna iniuria Dei maiestatem afficiat. Ita *Bernardus* in *Practica Criminali* cap. 103. & *Couarruias in cap. quomodo pascitur. de pascitur.* in 6. par. 1. §. 7. num. 10. *Abbatem secuti. Quæ quidem iuris pœnæ, licet in desuetudinem abierint, indicant tamen, quam execrabili scelere se polluant ijs, qui impuro ore in Deum, aut Sanctos maledicta conferunt.* In Concilio Lateranensi sub *Leone X. Sess. 9. capite Ad abolendam*, statuitur; *ut quicumque Deo palam seu publicè maledixerit, contumeliosèque atque obscenis verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam Dei genitricem expressè blasphemauerit, si minus publicum, iurisdictionem gesserit, perdat emolumenta triam mensium pro prima, & secunda vice disti officij: Si tertio deliquerit, illo, eo ipso, priuatus existat. Si Clericus, vel Sacerdos fuerit, eo ipso, quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcumque habuerit, fructibus vnus anni multetur: hoc pro prima vice. Pro secunda, si conuictus fuerit, si vnicum beneficium habuerit, eo priuatur: si plura, quod Ordinarius maluerit, id amittere cogatur: quod si tertio eius sceleris conuincatur, dignitatibus, beneficijs omnibus, quæcumque habuerit, eo ipso priuatus existat, ad eaque vltimis retinenda inhabilis reddatur: eaque liberè impetrari, & conferri possint. Laicus verò blasphemans si nobilis fuerit, pœna vigin-tiquinque ducatorum multetur: & pro secunda vice quinquaginta, pro tertia, nobilitate amittat. Si verò ignobilis, & plebeius fuerit in carcerem detradatur, quod si vltra duas vices publicè blasphemauerit, mihra infami per in-*

tegrum diem ante fores Ecclesie principalis coronatus stare cogatur. Quod si lapsus in hoc peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad tritremes damnetur. Et qui reliquos Sanctos blasphemauerit, arbitrio Iudicis rationem personarum habituri, aliquantulo mitius puniatur. Et Iudices seculares, qui in tales blasphemias consultos non animaduertent, nec eos iustis, & debitis poenis affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eodem scelere contaminatis, eisdem quoque poenis subijciantur. Qui vero in illis puniendis solliciti, & seueri fuerint, qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem multae pecuniariae habeant. Hæc ibi: quæ & ipsa vlt recepta non sunt. Iulius III. in Constitutione Pontificia, quæ incipit: In multis, præcipit: vt scientes denuncient apud Iudicem de blasphemis intra triduum; alioqui in eisdem poenas, incurrant; & vt denunciatio possit haberi loco vnius testis, si iureiurando, denunciet. Consulti habeantur in famis, inhabiles ad quacunque beneficia, gradus, honores, & dignitates obtinenda, si bis conuincantur. Si tertio conuicti fuerint, ipso iure priuati beneficii Ecclesiastici, officij, dignitatis, honoribus, magistratibus quibuscunque, & sint intestabiles actiue, & passiuè sint inhabiles ad testimonium faciendum. Hæc Iulius III. in ea constitutione: & instituit Iudices huius criminis Inquisitores hæreticæ prauitatis generales.

At Pius V. in Constitutione Pontificia, cuius initium est: Cum primò Apostolatus, inter alia sic ait: Ad abolendum nefarium, & execrabile blasphemie sceleris, quod in antiqua lege Deo morte puniri mandatum; & imperialibus quoque legibus præceptum est: tunc autem propter nimiam iudicium in puniendo segnitatem, vel potius de factitudine supra modum inualuit: Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateranensi Concilio statuta reuocantes decernimus, vt quicumque laicus Deum, & Dominam, nostrum Iesum Christum, & gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expressè blasphemauerit, pro prima vice poenam viginquaque ducatorum incurrat: pro secunda, poena duplicabitur: pro tertia, centum ducatos soluet; & in nomina notatus exilio multabitur. Qui plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice, manibus post tergum ligatus ante fores Ecclesie constituetur per diem integrum: pro secunda, suffigabitur per urbem: pro tertia, ei lingua perforabitur, & mittetur ad tritremes. Quicumque Clericus blasphemie crimen adiserit, pro prima vice fructibus vnius anni, omnium etiam quarumlibet beneficiorum suorum: pro secunda, beneficiis ipsius priuetur: pro tertia, omnibus etiam dignitatibus exiis deponatur, & in exilium mittatur. Quod si Clericus nullum beneficium habuerit, poena pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur: pro secunda, carceribus mancipietur: pro tertia, verbaliter degradetur, & ad tritremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemie, Iudicij arbitrio puniatur. Hæc ibi. Et decernit in blasphemos posse inquirere, & animaduertere quoslibet Iudices competentes. Sed nec huiusmodi Constitutiones Pontificie moribus confirmatæ esse videntur.

Septimò Queritur, An eum, qui Deo, vel Christo Domino, vel eius beatissimæ Genetrici palam, seu publicè maledixerit, increpare debeat is, qui audit tamen eiusmodi reprehensione maledicus ille, & blasphemus emendandus non credatur? Respondet Nauarrus in Man. cap. 12. num. 83. eum hominem, ad obiurgandum lege compelli, quod probat ex Concilio Lateranensi paulò ante citato, vbi ait. Quicumque blasphemantem au-

dierint, eum acriter verbis obiurgare tenentur, si citò periculum suum id fieri posse contingeret. At enim Nauarrus non rectè ex concilio deduxit, audientes ad stringi ad reprehendum maledicentem Deo, etiam cum nulla subest emendationis spes. Concilium enim fortassis, non ius nouum condidit, sed solum ius naturale confirmasse videtur, quo debemus publicè peccantes arguere, & obiurgare, cum spes emendationis appareat, vt pudefacti respiciant. Quod si Concilium id ius nouum constituit, quod reuera potuit, nimirum, vt si quem publicè Deo maledicentem audierimus, acriter increpemus, si id fieri commode queat; non ob emendationem eius, sed potius ob delicti poenam, & vindictam, vt huiusmodi reprehensione maledici quasi poena quadam afficiantur, dicimus, non esse id vlt receptum.

Octauò Queritur, An qui palam Deum, vel Sanctos coeli habitatores maledictis incesant, ad Iudices deferri debeant? Concilium Lateranense eo, quem indicauimus, loco decernit, vt qui eos audierint, verbis acriter obiurgare, & corrigere debeant, & eorum crimen deferre ad Iudicem Ecclesiasticum, vel secularem intra triduum: quod si plures blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis talis præcipitur officio. Hæc Concilium. Et Iulius III. in Constitutione Pontificia paulò ante citata imperat, vt scientes denuncient intra triduum eum, qui maledicit: alioqui incurrant in easdem poenas, quibus ipsi maledici subijciuntur. Et cap. Si quis per capillum 22. Quest. 1. Olim Pius I. constituit, vt si quis talem hominem non accusauerit, eum diuina condemnatione coercendum: quod si Episcopus tale delictum punire neglexerit, eum acriter castigandum. Quæ omnia iure potuerunt sanciri, quoniam eiusmodi criminis denunciatio non præcipitur solum ob emendationem eius, qui tantum nefas admittit; tunc enim priuatum prius increpare deberet, & emendatus iam atque correctus, nequaquam esset ad Iudicem deferendus; sed id præcipitur ob poenam sceleris, & proinde etiam ante priuatum admonitionem, & correptionem, imò post emendationem quoque accusari iure potest. Nam, vt suo loco dicemus, accusatio, vel denunciatio iudicialis, non Evangelica, priuatum admonitionem non postulat: quia non ad emendationem eius, qui deliquerit, refertur; sed ad publica crimina, & facinorosa poenis debitis puniendâ, vt docet Couar. lib. 2. 7. ar. resolut. cap. 10. num. 3.

Nonò Queritur, An qui in Deum, vel Sanctos maledicta conijcit, possit à Sacerdote, qui sacram eius peccatorum confessionem excipit, absolui sine graui poena poenitentiae iniuncta, & imposita speciatim propter blasphemiam, & maledicti crimen? Concilium Lateranense loco citato, sic inquit: In foro poenitentiae, nemo blasphemie reus absque grauissima seueri Confessoris arbitrio iniuncta poenitentia absolui possit. Vnde Nauarrus loco citato cenlet non licere poenitentem absolui absque grauissima poenitentia imposita. Sed, vt ait Armilla, in verbo Blasphemiam, num. 5. huiusmodi Concilij decretum non est ventium moribus comprobatum, quod attinet ad poenam in eo constitutam in maledicos; satis erit, si sacerdos blasphemie crimen

quam immane sit, & quantis Turis poenis subiectum, ostendat, & exaggeret sceleris gravitatem.

Decimo Quæritur, An maledicta, quæ in Deum dicuntur, specie per se distinguantur à maledictis, quæ dicuntur in Sanctos? Sunt, qui id afferant: propterea quod honor, & cultus Deo debitus specie differt ab eo, qui Sanctis debetur; ergo etiam maledicta, quibus Deum incelsimus, specie distinguantur ab his, quibus Sanctos afficiunt.

Sed verius docet Caietanus 2. 2. q. 13. art. 1. ad 2. omnes has blasphemias specie convenire; differre tamen subiectæ materiæ gravitate, & leuitate: quoniam, ut dixi, maledictum, quod in Sanctos conijcimus, est peccatum religioni contrarium: vna tantum est religio, quæ Deo cultum debetum tribuit, & Sanctis propter ipsum Deum ergo vnum etiam est blasphemiam crimen, quæ Deo maledicuntur, vel in ipso, vel in suis Sanctis: Sic etiam infurandum specie nõ differt, eo quod per Deum, vel per Sanctos quis iuret. Non tamen significat Caietanus blasphemias aliunde specie non differrentiam ex, quæ hæresim continent, specie distinguantur ab his, quæ nullam hæresim habent annexam.

Vndecimo Quæritur, An sit vnum numero peccatum blasphemiam, quæ quis simul Deo, & Beatissimæ Virgini, & Sanctis maledicit? Hanc quæstionem quarto libro diluimus, cum de Peccatis egeremus cap. 4. q. 5.

Duodecimo Quæritur, An blasphemiam manifesta, & notoria sit casus, cuius absolutio iure communi Episcopo referretur? Syluester, & Angelus in verbo, Blasphemiam, referunt, multorum fuisse sententiam, eius criminis, absolutionem esse Episcopo iure communi referuatam; quod probare nitentur ex cap. Statutus. De Maledictis, cuius paulo ante fecimus mentionem. Sed verius est quod Syluester, Angelus, Armilla, & Nauarrus locis supracitatis testantur, nõ esse iure communi referuatam: quia cap. illud Statutus, locum habet in blasphemiam in forum iudiciale delatis, quæ more antiquo, solemnè poenitentia puniebantur, quam Episcopi imponebant, & postea ex toto, vel ex parte relaxabant, Cæterum privatis Episcopo rum constitutionibus Blasphemiam absolutio in nonnullis prouincijs, & locis solet Episcopis referuari.

Decimotertio Quæritur, An si blasphemus in Deum, vel Sanctos in foro poenitentiam interiori absolutus, sui criminis poenitentiam iniunctam egerit, possit nihilominus in foro exteriori à Iudice puniri? Bartolus, vt refert Couar. lib. 2. Variar. resolut. cap. 10. num. 3. respondet, præmissis statuto, quo poenitentia remittitur ei; qui in amicitiam redierit eius, quem offenderat, non esse reum criminis puniendum, si poenitentiam criminis egerit in foro poenitentiam impositam. Nam criminis acta poenitentia, reconciliat sibi quis Dei offensam gratiam, & benevolentiam. Bartolo scripterunt Petrus Ancharanus, Ioannes Anania, Felinus; & Decius, quos citat Couarruias loco citato. Sed longè verius est, quod docet ipse Couar. lib. 2. Variar. resolut. cap. 10. num. 3. ad finem, posse blasphemum à sacerdote criminis absolutum, etiam peccata poenitentiam, in foro exteriori puniri. Lex

enim humana, qua remittitur poena ei, qui offensus gratiam sibi reconciliauit, tantummodo locum habet in eo, qui ratione iniuriæ alteri illatæ iure poterat in foro exteriori ab eo, quem offenderat, accusari. Secus verò est de eo, qui iniuriæ diuinam Maiestatem affectit.

Decimoquarto Quæritur, An si blasphemus in Deum, vel Sanctos à Iudice Ecclesiastico fuerit in foro exteriori criminis absolutus, possit iterum apud Iudicem civilem siue secularem accusari, & ab eo puniri? Respondet Couar. loco citato, num. 6. posse iterum Iudicem secularem in eum inquirere, & animaduertere, & hauc air esse communem sententiam. Citat enim Abbatem, Baldum, Antonium Butrium, Ioannem Andream, Petrum Ancharanum, Felinum, idem probat ex cap. Felicitas, §. Per hoc, De Penit. in sexto. Quod si obijciatur in cap. De his, De accusatione. Regulam iuris, quæ ait: De quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari. Respondet Couarruias, eam intelligi, quando poena à Iudice Ecclesiastico inflicta, ita iusta ac debita fuerit, vt reus pro qualitate criminis meritis luerit poenas.

Decimoquinto Quæritur, An qui simul plurà maledicta in Deum, vel Sanctos coniecit, vnum tantum crimen blasphemiam committat, & vna tantum poena puniri debeat? hanc quæstionem tractauit lib. 4. cap. 4. q. 5. Respondent quidam, si causa in iudicio exteriori agatur, vnum tantum peccatum censeri, & vnam poenam maledicorum contraxisse. Idque probant, ex L. Inficiendo §. Infans ff. De furtis, vbi dicitur: Infans apud furem adoleuit: tam adolescentis factum fecit ille, quam infantis, & vnum tamen est factum. Et deinde subiicitur: Si surreptus furi foret, ac rursus à fure altero eum recuperasset, non amplius quam semel cum eo furti agi possit. Et L. Qui bis, ff. De verb. obli. habetur, Qui bis idem promittit, ipso iure, amplius quam semel non tenetur. Si tamen in foro conscientie causa agatur, aiunt iidem auctores eum, qui vno sermone Deo maledicit ter, quater, & tria vel quatuor numero peccata committere, quoniam non minus nefarie, & impiè in secundo tertio, quartoque verbo delinquit, quam in primo: quanquam secundum leges, & iura in foro exteriori vna tantum poena mulctatur, licet grauiori. Cæterum probabilius mihi videtur, vnum quidem esse peccatum, sed multo grauius, quam si semel tantum quis maledixisset, quoniam omnia maledicta sunt partes vnius continuati sermonis, sicut si quis alterum semel, & iterum pugno percuteret, aut gladio cæderet, aut virgis verberaret, absque temporis interuallo: Item quia secundum maledictum, & tertium nihil aliud est, nisi primi maledicti confirmatio.

Decimosexto Quæritur, An qui subito iræ impetu Deo vel Sanctis maledicit, lethale peccatum admittat? Respondeo: Si adeo subita est ira, vel alia animi perturbatio, vt omnem rationis deliberationem antevertat, eum hominem in peccatum non incurtere: Si verò aliquantulum rationis iudicium sequatur, plenam tamen præcurrat, veniale, & leue peccatum committere: si autem plenam deliberationem rationis comiterit, lethalem culpam cõtrahere. Potest enim temporis momento ex pleno animi iudicio deliberatio extiteret, quæ ad meriti, vel peccati rationem sufficiat.

Decimo septimò queritur, An consuetudo in aliqua prouincia maledicendi Deo, vel Sanctis excuset à pœna constituta ipso iure in Blasphemosis? *Respondeo*, cum Couarruias in cap. *quomuis pactum par. 1 §. 7. num. 12.* non excusare, quam dicit ibi idem Couarruias esse communem sententiam. Si *QVAERAS*, an Blasphemia ob consuetudinem deprauatam maledicendi, in aliqua prouincia iure queat impunite relinqui? *Respondeo*, cum eodem Couarruias loco citato, & alijs, quos ille refert, hoc crimen ob consuetudinem deprauatam non mereri remissionem pœnæ, quia est immane scelus.

Decimo octauò Queritur, quid iudicandum sit de his, qui in Deum, vel Sanctos conuitia dicunt praua quadam, & inueterata consuetudine maledicendi rapti; & quo pacto is, qui eorum confessiones excipit, sese gerere aduersus eos debeat, videlicet an hocce maledicos absolutione criminis dignos censere queat, an non? *Respondeo*, distinguendū esse: nā quia assueti blasphemijs maledicta in Deum, vel Sanctos passim conferunt, simpliciter illi quidem non sunt ab absolutione criminis arcendi, sed ad tempus ab ea suspensi merito detinendi, vt interim prauam, & peruersam consuetudinem aliqua ex parte deponant, & exuant. Si tamen signa certa, & manifesta doloris, & detestationis suæ illius sacrilegæ impietatis dederint, nec in aliud tempus absolutio commode differri queat absolui à peccatis queunt, imposita tamen poenitentia salutari, ac tanto crimini debita.

Vltimò queritur, An Blasphemus à testimonio in iudicio dicendo repellatur tanquam infamis? *Respondeo* Couarruias loco citato repelli, si sit criminis condemnatus.

Cap. XXIX.

DE ORATIONE.

Quid sit oratio.

Quoniam oratio, qua Dei opè, & auxiliū inuocamus est Religionis officium, ideo est nobis de ea in præsentī breuiter differendū.

Primò queritur, quid sit oratio? *Respondeo*, eam variè Theologis definiri. Damascenus lib. 3. de fide ortho. cap. 24. *Oratio*, inquit, est *ascensus mentis in Deum*. Cum qua definitione conuenit illa Augustini lib. de spiritu, & anima cap. 50. dicentis: *Oratio, est pius mentis affectus directus in Deum*. Illa itidē Hugonis definitio, quam ex eo referunt Alex. p. 4. q. 26. m. 1. art. 1. & Gab. in Canonem *Missa lect. 61.* est conuersio in Deum per piū, & humilem mentis affectum: Qua ratione Oratio cōplectitur omnem contemplationis, laudationis, & gratiarum actionis actū. Damascenus item loco citato definit sic: *Oratio est petitio rerū decentium à Deo*, Cui definitioni consentit illa etiā Augustini definitio, quam afferunt Alexander, & Gabriel locis citatis. *Oratio, est rerum inuisibilium inquisitio*; & illa Glossæ: *expressio desiderij ad bonum adipiscendum, & malum fugiendū, per verbum exterius, vel interius*. Has omnes definitiones explicat Alexan. par. 4. q. 26. m. 1. art. 1. Gab. in Canon. *Missa lectioe 61.*

In hisce postremis definitionibus, petenda exprimuntur, illis primis, facultas, qua Deum oramus. Gregorius definiuit, vt testatur Alexander, & Gabriel, *Orare, est amarus ex compulsionē cordis gemi-*

mus, & non composita verba resonare. Hugo similiter *Oratio, est deuotio ex cordis compulsionē profecta*. Bernardus quem citant Alexander, & Gabriel, *Oratio, est hominis Deo adhaerentis affectio, & familiaris quedam, & pia allocutio, & statio illuminatæ mentis ad fruendū Deo, quando licet*. Huiusmodi definitionis explicat variis Orationis effectus. Quare Oratio potest sic generatim definirī: est petitio rerum decentium, quæ ad Deum dirigitur, vel ad alium propter ipsum Deū. Petitio ponitur tanquam Orationis genus. Est autem vniuersim Petitio, locutio quædam ad alterius animum flectendū, & mouendū, vt vel in bonis iuuat, vel à malis defendat, ac liberet. Qui petit aliquid, eò ipso, declarat velle se obtinere, quod postulat.

Secundò Queritur, An oratio per seipsam sit virtus? Quidam propter singularem orationis virtutē, ac vim & excellentiā, qua pollet, & præstat alijs, vsumq; necessarium, putant eā per se virtutē esse, impio esse virtutū maximam. Ceterum virtutis actus, & officium est non virtus; vt docent Alexan. p. 4. q. 26. m. 1. art. 2. S. Tho. 2. 2. q. 83. a. 3. Ric. 4. d. 15. ar. 4. q. 2. Gabriel Canon. *Missa lectioe 61.* neque enim est aliqua infusa, vel innata, vel acquisita virtus: Et quamuis virtus esset, non inter omnes tamen primatum obtineret, cum Caritas sit omnium virtutum maxima, & inter omnes arcem tenens ac principatam.

Tertiò Queritur, cuiusnam facultatis humanæ oratio sit opus, vel actus. Conueniunt omnes, esse facultatis in homine; quæ rationis est compos: sed an voluntatis actus sit, an Rationis, & intelligentiæ, inter se dissentiunt. Alij enim putant esse voluntatis actum; alij Rationis, & intelligentiæ. Qui primam tuerent sententiam, eam ita confirmant, quia Oratio est religionis officium, & opus: ar Religio, virtus est in voluntate sedem habens. Deindē, Oratio, est mentis desiderium, & votum. Posteriores verbò earatione mouentur, quod Oratio, est ascensus mentis in Deum, vel, vt diximus, est petitio: ar Petitio, est locutio; sed interior locutio, rationis est, & intelligentiæ, non voluntatis actus, vel opus. Quare S. Thomas 2. 2. q. 83. art. 1. concludit, Orationem esse rationis actum: nam quamuis in Oratione duo actus requirantur, & voluntatis affectus, desiderium, ac votum, & rationis ac mentis actus, quo petendo exprimamus, quod cupimus; præcipue tamen Oratio, est petitio ac proinde actus rationis, quo mens cum Deo loquitur, & ab eo petit, quod optat. *QVAERES*, quomodo fiat interna mentis locutio? *Respondeo*, mente loqui, nihil aliud esse, quam mentem intra se concipere intelligendi actum, quo exprimit, & declarat, quod cupit: sicut enim externo verbo significamus alteri internos mentis cogitatus, sic mens intra seipsam actū intelligendi, quasi verbum fingit, ac format, quo exprimit lux voluntatis affectus, desideria, & vota. nec refert, quod oratio sit Religionis actus, & Religio sit virtus, quæ in voluntate inhaeret: quoniam virtus, quæ in vna hominis facultate inhaeret, vel inhiidet, non solum functiones illius facultatis in qua est, sed etiam aliarum facultatū opera, & officia præstat.

Quarò querit, An Oratio sit Religiois opus? Oratio quæstionis est: quæ religiois est honorē, & cultū

Deo debitum tribuere: sed qui orat, aut aliquid petit à Deo, propriè non ei cultum defert, nec aliquid præstat, sed potius ab eo boni aliquid optat, expectat, & petit: tum etiã, quia Sanctos cælestis patrie ciues oramus, quos tamen cultu Latræ, qui est religionis actus, non veneramur. Quamquam Alex. p. 4. q. 26. m. 1. & 2. docere videtur orationem non esse actum specialis virtutis, sed multarum virtutum officium, videlicet Fidei, Spei, Charitatis, & Religionis. Constans tamen aliorum omnium sententia est, Orationem esse Religionis actum, eo quod oratione petimus vniuersa bona à Deo, & eo ipso profitemur Deum esse supremum rerum omnium auctorem, qui omnia condidit, & condita conseruet, tueatur, gubernet, ac regat: qui omnia curet, moderetur, & administrat: à quo cuncta bona existant, qui de ni que omnia possit, ideo enim eius opem, & auxilium in omnibus imploramus, quia vniuersa sub eius ditione, & potestate sunt constituta. Nã quicumque ab alio aliquid petit, ipsa petitione se in opem, & illius ope, & auxilio indigentem ostendit, & illi tanquam superiori, opulentiori, & potentiori sese submitit, & subijcit. Item, quicumque alicuius opem inuocat, in eo, cuius fidem, & auxilium implorat, potentiam ad iuandum, promptam animi voluntatem ad amandũ, iustitiam ad iniuriam & malum vindicandũ, clementiam ad offensam condonandam, si venia petatur, agnoscit. Ex quo fit, vt qui orat Deum, eo ipso Deo latræ cultum, & honorem tribuat: nam ab eo precatur, expectat, & petit veniam peccatorum, omnis mali depulsionem, cælestia, sempiterna, ac demum omnia bona; ergo Deum agnoscit omnium bonorum auctore, & largitore; cum proficitur eum supremum in omnia dominatum habere. Sic S. Thom. Ricardus, & Gabriel *loco citato*. Nec impedit, quod Sanctorum etiam patrociniũ inuocemus: nam oratio ad Sanctos, vna cum Christo in cælo viuentes non dirigitur tanquam ad eos, quorum sit omni ex patre præstare id omne, quod petimus; sed tanquam ad patronos, & aduocatos, qui à Deo impetrent gratiã, veniam peccatorum, gloriam cælestem, & alia multa, quæ nos postulamus. Oratio igitur propriè funditur, & dirigitur ad Deum propter ipsum, hoc est, tanquam ad eum, cuius est petita plenè, & cumulatè concedere; ad Sanctos verò non propter ipsos, sed propter Deum, apud què pro nobis precatur, & à quo impetrant, quæ nos precamur, & petimus. Deum item oramus, vt nostri misereatur, gratiam, & gloriam cælestem nobis impertiat: Sanctos verò, vt ipsum pro nobis orent Deum oramus, vt datorem eorum bonorum, quæ potissimum oratione postulamus: Sanctos verò, vt apud Deum patronos, & aduocatos.

Quintò Queritur, quorum sit orare? hoc est, quibusnam conueniat orare? Respondeo ex dictis peripicuum esse, orare ijs conuenire, vt docet S. Thom. 2. 2. *quest. 83. art. 10.* Alexan. *par. 4. quest. 26. m. 3. articulo quarto.* Gabr. in *Canone Missæ. lectione 6.* qui ratione, & intelligentia sunt præditi, & superiori, opulentiori, & potentiori subiecti: Ex quo fit, vt orare, sit Angelorum, & hominum, nam sunt rationis & intelligentiæ participes, ac proinde loqui, ac loquendo petere aliquid pos-

sunt, & Deum superiorem, & potentioram agnoscunt, reuerentur, & colunt, à quo petunt, quod cupiunt. Obijcies id, quod in Psalmò dicitur: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Respondeo, Inuocationis nomine eo loco non propriè accipi orationem, sed clamorem ab instinctu, & impulsu naturæ profectum, quo pulli animantium esca sibi necessaria indigere, quadam vocis significatione testantur, & Deum ipsum quasi omnium animantium parentem, educatorem, & alioem inuocare videntur. Pari ratione omnia Deo obediunt dicuntur, eo quod in isto naturæ impetu à Deo rerum omnium satore, & auctore ad suos fines mouentur.

Constat etiam ex dictis, nulli personæ diuinæ orationem conuenire, quia superiorem non habet, à quo aliquid orando petat: nec vna persona diuina rei alicuius est indigens: nam quicquid boni simpliciter, & absolute habet vna, habet & altera. Nec refert, quòd vna persona diuina ab alia originem ducat: nam tres ipsæ personæ sibi sunt coætæ, & coætæ, nec vna est altera potestate vel virtute, vel opulentia maior, vel dignitate, aut natura prior, aut perfectione præstantior, vel magnitudine superior, quamuis verè sit inter eas ordo originis, quo vna est ab altera, non contra.

Sextò queritur, An Spiritui sancto orare conueniat? Hoc ideo in questionem vocatur, vt explicetur, quod Paulus scribit ad Rom. 8. *quid oremus sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus:* & Damascenus lib. 1. *de fide Orthod. cap. 10.* de Spiritu sancto loquens, vocat eum interpellatorem Paracletum, & vniuersorum deprecationes suscipientem. Gregorius item: *Aduocatus*, inquit, *nosler dicitur, quia pro errore delinquentium apud Iustitiam patris interuenit, quique etiam pro errantibus exorare perhibetur.* Res est compertissima, de qua tractat Alex. *par. 4. q. 26. m. 3. a. 4. §. 1.* & Gabr. *loco citato.* Spiritum sanctum non orare. Illud verò Pauli: *ipse Spiritus postulat pro nobis:* Augustinus in lib. de bono perseuerantiæ cap. 23. interpretatur: *postulat*, id est postulare nos docet, aut facit; quemadmodum illud Matthæi 10. quod dixit Christus Apostolis: *Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis,* non quod verè loquatur, sed quod ad verum loquendum vim, facultatem, auxilium, & gratiam largiatur. Sic postulat, quia postulandi, & orandi vim, & potestatem tribuit, & facit; vt postulemus. Et ita Augustinum secuti explicant Paulum eo loco Primasius, Beda, Anselmus, vt etiam Sedulius. At Chrysoström (quem secuti videntur Theophylactus, Theodoretus, & Oecumenius) appellatione spiritus intelligit spiritum hominis donatum beneficio, & munere precationis, & orationis per spiritum sanctum. Vt enim tunc temporis multis tribuebatur donum linguarum, & interpretatio sermonum: Sic etiam, quia nescimus orare, & sæpè inutilia, atque etiam nocitura precamur, cõferabatur quibusdam donum precationis, quo pro cæteris Deum precarentur, ac peterent, quod prodesset Ecclesiæ; ac ideo recte Chrysoström, ait Paulus: *quid oremus sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus* (nimirum homi-

Homil. 30.
in Euang.

nis per Spiritum sanctum munere, & beneficio precatiois illustrati, & ornati *postulas pro nobis.*

Septimò quæritur, An Christus in cælo pro nobis oret, quatenus homo est? nam cæro liquet, olim in terris eum pro nobis sæpius orasse. Sunt, qui id affirmare permoti, quòd orare sit actus alicuius sese Deo suppliciter subijcientis, & vel flexo genu, vel summisso capite, vel inclinato, ac prostrato corpore aliquid petentis. Sed Christus se hoc modo non habet in cælo, ergo non orat. Nihilominus tamen respondeo cum Alexan. *par. 4. quest. 26. m. 3. artic. 4. §. 1.* Christum in cælo pro nobis orare, aut petendo aliquid à Patre, aut ostendendo illi sua merita, quibus bona plurima, & maxima nobis promeruit, & opera, quæ causa nostri gessit in terra: aut exhibendo illi suam naturam humanam assumptam, & quæ in ea sustinuit quemadmodum pauperum in publicis locis, & vijs expositorum plagæ, nuditas, vulnera, morbi, & miseræ ipsis etiam tacentibus orare dicuntur sic ad Romanos 8. ait B. Paulus: *Qui etiam interpellat pro nobis: & ad Hebr. 1. Introiit in ipsum cælum ut apparet nunc vultui Dei pro nobis.* Sic Apostolus Ioannes. *Sed & si quis peccauerit, adiucium habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse Christus Ioan. 14. cum suis discipulis dixisset ad Patrem se rediturum, subiicit: Rogabo Patrem, & aliam Paracletum dabit vobis. Kursum. Illo die in nomine meo petitis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem pro vobis.* At verò Christus in cælis nunc Patrem non orat supplicum hominum more, qui poplitem flectunt, caput demittunt, corpus inclinant, sese humi prosternunt, & expansas in altum palmas attollunt: hæc enim, & similia Christus dum in terris commorabatur, faciebat, tum ut humanæ naturæ susceptæ veritatem ostenderet, tum ut nos suo exemplo inuitaret, & commoueret ad pietatem, honorem, cultumque, & reuerentiam aduersus Maiestatem diuinam: nunc verò ei ad Patris dexteram confidenti hæc minime conueniunt. Glossa super illud ad Hebr. 7. *semper viuens ad interpellandum pro nobis, ait repræsentatione sui ex ea natura, qua Pontifex, id est, humana, quam cælis intulit, interpellat pro nobis.*

Octauò quæritur, An fas sit Christum Dominum precari, ut pro nobis ipse oret; hoc est quære, an liceat nobis ita Christum orare, ut dicamus ei, Christe ora pro nobis; Exploratum est, ac certum, nullo modo licere nobis Christum orare, ut ipse quatenus Deus est, pro nobis precetur: nam Christus qua ratione Deus, Patri est per omnia æqualis. Sed in dubium vocatur, an Christum iure, & tuta conscientia orare possimus, ut ipse, qua ratione homo est, pro nobis Patrem precetur? Respondeo, non esse nobis vtendum aliqua precatiois formula contra morem Ecclesiæ receptum: Ecclesia autem nunquam Christum publicè precatur, ut pro nobis oret, sed ut nostri misereatur. Præterea, preces nostræ non ad naturam humanam, sed ad personam in natura humana subsistentem diriguntur: at persona Christi vna est, & ea quidem persona diuini Verbi; huius non est orare. Insuper, etiam cum in carne mortali Christus versabatur, eum cuncti invocabant, Christe adiua nos; Iesu fili

Dauid miserere nostri: Christe præceptor, vel Domine salua nos. Postremò, ei data est omnis potestas in cælo, & in terra: ergo eius magis est imperare, statuere, & dare, quam orare.

Nonò quæritur, An Angelis, & cæteris Sanctis superne patrie ciuibus orare conueniat? Respondeo cum Alexandro *par. 4. quest. 26. m. 3. art. 4. §. 2.* Gabriele in canon. *Misse, lect. 61.* conuenire: nam Tobiz 12. dixit Angelus. *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, ego obiali orationem tuam Domino.* Daniel. 10. super illa verba: *Ei ego vici propter sermones tuos.* ait Glossa: *Postquam cepisti lacrymas, ieiunio, & orationibus invocare manum Dei, ego occasione cece pi, ut pro te oraturus, ingredere in conspectu Dei, & in illa verba: Nemo adiutor meus, nisi Michael, habet quoque Glossa: In orationibus pro vobis ad Deum: & in Apocalypsi Sancti postulant vindictam à Deo. Denique Ecclesia Angelos, & reliquos Sanctos in cælo regnantes precatur, ut pro nobis orent. Quæres, an illi orent pro seipis, an pro alijs tantummodo? Respondeo cum eodem Alexandro, & Gabriele *locis citatis*, eos orare pro nobis, cum ut bona assequamur, tum, ut eripiamur à malis: Pro se verò non orant, ut à malis, periculis, & miserijs seruentur, quibus se solutos, ac liberos esse ob certam beatitudinem, quam sinit adepti, cognoscunt. At beati mortuorum hominum spiritus postulant, suorum corporum felicitatem, quam futuram cupiunt, & expectant: ut probat Alexander testimonio B. Augustini, *lib. 12. de Gene. ad littorem cap. 33.* Item concedunt eodem Alexander, & Gabriel, Angelos, & reliquos beatos spiritus orare pro se, hoc est, pro bonis, quæ habent, semper obtinendis, videlicet, optant, se in illis bonis, quibus fruuntur, semper esse; & id probant auctoritate Gregorij *lib. 2. Moral. cap. 6.**

Decimò quæritur, An Dæmones, & reliqui ad inferos damnati precantur? Ratio dubitandi inducitur, quòd Matth. 8. Christum dæmones rogabant, dicentes: *Si eijs nos hinc, mitte nos in præces.* Et Iob. 1. & 2. Dæmon postulavit à Domino sibi facultatem dari tentandi Iobi patientiam, & virtutem. Luc. 16. Dives Epulo precabatur, *Pater Ave am miserere mei, & mitte Lazarum, & quæ sequuntur.* Respondeo cum eodem Alexandro, & Gabriele *locis citatis*, eos aliqua petere; sed eorum petitio non videtur esse propriè oratio, quia non manat, & surgit ex pio affectu mentis in Deum, nec est petitio rerum decentium & salutarium à Deo.

Vndecimò quæritur, An viri sancti veteris testamenti post obitum suum orarent? Respondeo eos orasse, & verisimile est, eos Christi adventum, sicut dum in hac etiam vita versabantur, facere consueverant, precibus postulasse, & suum etiam in cælos ascensum. Deinde, orabant pro alijs: nam Hierem. 15. dixit Dominus: *si steteris Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Hieronymus etiam, Chrysostomus, & Gregorius significant eos mortuos pro populo orare solitos fuisse: & 2. Machab. v. Iudas vidit Oniam, & Hieremiam pro populo Iudeorum precantes.

Duodecimò quæritur, An ijs, qui igne purgatorio detinentur orare conueniat? Respondeo conuenire, quia charitate sunt prædicantem etiam

orando gloriæ incrementum non mereantur, optant tamen, ac petunt à pœnis quas solunt, & sustinent, liberari. Quæres, an pro alijs precetur? Huic quæstioni superius respondi, in hoc lib. cap. 10. quæst. 12.

Cap. XXX.

Quinam sint à nobis orandi.

Primo queritur, An preces publicæ, & solennes ad Deum Patrem tantummodo dirigantur? In Concilio Carthaginensi, can. 23. statutum est, ut nemo in precibus, vel Patre pro Filio, vel Filium pro Patre nominet: & cum assititur ad altare, semper ad Patrem dirigatur oratio. Hæcibi. Ecclesia ad Patrem per Christum suas preces fundere, & referre consuevit: nihilominus tamen æquè, ac Patrem, aliquando Spiritum sanctum aliquando, Filium orat; ut perspicuum est ex Letanijs, & supplicationibus publicis, ex hymnis, & alijs quibusdam precationibus ad Filium, vel Spiritum sanctum peculiariter destinatis.

Secundo queritur, An ad Sanctos in cælo cum Christo Domino viuentes, Angelos nimirum, & beatos hominum spiritus, preces nostras dirigere iure possimus? Hæretici negant, eò quòd oratio est religionis actus; religio verò debitum Deo cultum tribuit; ergo Sancti non sunt orationibus inuocandi. Deinde, Sancti nequeunt postulata concedere; at nos orationibus peccatorum veniam, gratiæ, & virtutum incrementum, omnium malorum depulsionem, & vitam æternam postulamus. Sancti itidem cum à nobis longe absint, preces nostras audire non possunt. Præterea, mentis nostræ cogitata, affectus, & vota, cum sint interna, cognoscere nequeunt.

At certissima est Catholicorum sententia in 4. dist. 45. Sanctos esse nostris precibus inuocandos: Id enim veterum patrum confirmat auctoritas, & Conciliorum Decreta, generalis demùm totius Ecclesiæ consuetudo. Nec propterea debitum Deo cultum detrahimus: neque enim Sanctos precamur, ut ipsi nostri misereantur, aut veniam peccatorum concedant, aut gratiam, virtutes, & vitam æternam largiantur, sed eos inuocamus tanquam patronos, qui pro nobis Deum precentur. Quare religio soli Deo debetur, cum verò Sanctis etiam defertur, non in illis propter ipsos dumtaxat terminatur, ac sistit, sed per ipsos ad Deum ipsum deducitur, quia ipsos oramus, ut apud Deum aduocatos, ac vt ab eo impetrent, quòd optamus: ipsos oramus, quia voluit Deus, vt eos patronos apud ipsum haberemus. Denique Sanctos oramus tanquam eos, quorum precibus, & meritis impetramus à Deo, quæ petimus. Deum verò oramus, vt datorem eorum bonorum, quæ postulamus. Nec Christo itidem aliquem derogamus, quòd alios etiam præter ipsum apud Patrem aduocatos, & patronos adhibeamus; nam ipse Dominus voluit suos quoque seruos à nobis coli, & honorari: vnde ipse huic eis honorem tribuit, vt à nobis colerentur, & tanquam patroni inuocarentur. Nec item, quòd à nobis procul absint, idèò nos exau-

dire non possunt: nihil enim impedit loci distantia, cum Dei munere, ac beneficio fiat, vt Sancti nostras preces audiant. Pari ratione nihil refert, quòd preces nostræ sint penitus interni mentis affectus, & votamam nostræ mentis arcana, Deo ipsis aperiende, ac patefaciente, Sanctis fiunt nota, & manifesta.

Tertio queritur, An Sancti pro nobis precentur in cælis? Dubitari non potest, quin Sancti nos magna charitate, & amore prosequantur: & vt antequam dixi, preces nostras quamuis in mente omnino latentes, & abditas Dei munere, & beneficio audiant. Ea quoque mala, quibus, vexamur, & premimur, & bona itidem, quibus indigemus, nota, & perspecta habeat. Vnde Petrus in posteriori epistola: *Dabo, inquit, operam, & frequenter vos habere post obitum meum, vt horum memoriam faciatis: Et Apoc. 5. describuntur viginti quatuor seniores in cælis procidententes coram throno Dei, habentes singuli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Angelos item Sanctos in cælis pro nobis orare, planè Scripturæ testantur, vt colligitur Tob. 12. Zach. 1. Apocal. 3. Dan. 10. Matth. 18. quibus locis, docemur eos nostri curam habere.*

Cæterum quæstio est dubia, an Sancti quæ orent pro ijs, qui pœnis purgatorijs expiantur? Sotus in 4. dist. quæst. 3. art. 2. ad finem, id videtur negare. Sed oppositum manifestè communis vsus Ecclesiæ demonstrat, quæ in suis publicis supplicationibus sic Sanctos orare consuevit: *Sancte Michael ora pro eo. Sancte Petre ora pro eo.* Nec reuera Sotus negauit pro eis Sanctos orare, solum docere voluit, non orare Sanctos pro ipsis satisfaciendo, sed orare impetrando: ac iusti, & qui in hoc mundo charitate sunt præditi, orant pro eis, non tantum impetrando, sed etiam satisfaciendo. Docuit igitur Sotus loco citato idem, quòd S. Thomas ante tradiderat 4. dist. 45. quæst. 3. art. 3. ad 6. Sanctos pro illis orare non satisfaciendo, sed impetrando. **Quæres**, an Sancti, qui ante Christi resurrectionem apud inferos detinebantur, pro viujs orent? Respondeo, eos orasse: id enim aperte secundus Machabæorum liber indicat cap. 15. vbi Iudas Machabæus per visionem vidit Oniam pontificem, & Hieremiam pro populo Iudæorum orantes. Et Hierem. 15. scribitur: *Dixit Dominus ad me: Si feterint Moyses, & Sannuel coram me, non est anima mea ad populum istum.*

Quarto queritur, An iusti, qui adhuc purgatorias sustinent pœnas, orent pro nobis? Dux sunt opiniones, vna negat, eo quòd iniqui, illi nondum sint cælestem hæreditatem adepti, & acerbissimè crucientur: ad preces nostras minimè attendunt, nec vota nostra nouerunt. Deinde, quia eorum potius est, pœnas luere, atque perferre, quàm suis amicis opem, auxiliumque præstare. Postremò, Ecclesia non solet ad eos preces dirigere.

Alteræ opinio affirmat, quam sequi videtur Medina de orat. quæst. 4. §. de animabus etiam & eos pro nobis orare, & fas nobis esse eorum patrocinium petere, eo quòd Dei gratia, & charitate sint præditi, & bonorum Angelorum ministerio, vel Dei munere possint preces nostras, & vota, quamuis tacita, abstrusa, & occulta percipere;

Nec impedit pœnarum acerbitas, quam sustinent, quin pro nobis orent: quoniam Sancti Martyres dum seuisimè torquebantur, pro suis orabant. Denique Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 40. & 41. refert de quodam Paschasio, cuius anima purgatorias pœnas luebat, & nihilominus eius meritis, ac precibus Deus quædam mirabiliter efficiebat. S. Thomas 2. 2. q. 83. art. 4. ad 3. & 4. dist. 35. q. 4. art. 5. q. 2. ad 2. & Alexan. par. 4. quæst. 26. m. 3. art. 4. §. 4. quorum sententiæ communis Theologorum schola in hac parte subscripsit, negat eos pro nobis orare, quia nondum sunt in eo vitæ statu, & conditione collocati, in qua pro nobis orent. Illam verò Gregorij historiam de Paschasio, sic interpretatur. S. Tho. in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 5. quæst. 2. ad 3. vt dicat ea opera mirabilia, facta esse diuinitus ob studium, & pietatem eorum, qui bona fide ipsius opem, & auxilium orationibus inuocabant: putabant enim, cum iam ad cælestes Beatiorum sedes, & domicilium euolasse, & gaudijs perfrui sempiternis. Voluit tamen Deus per opera mirabiliter effecta ostendere, illius vitam sibi acceptam, & gratam fuisse, quamuis adhuc pœnis purgatorijs teneretur obstrictus.

Quintò queritur, An singulos eorum, qui sunt cælestem hereditatem consecuti, iure possimus orare? nimirum; ad cælum peruenere paruuli, qui sacro baptisate abluti, statim ex hac vita migrarunt. Queritur, an eos iure precari, & orare possimus? Ratio dubitandi est, quia ex vna parte in cælo vnâ cum Christo regnant: ex altera parte non sunt Sanctorum numero ascripti. Respondeo, Ecclesiam ad singulos quidem Angelos beatos preces dirigere solere; at verò non singulos iustorum hominum spiritus, qui sunt regna cælestia, & beatitudinem consequuti, precari consuevit: sed eos, qui sunt in Sactorum numerum relati: Priuatim tamen cuique licet eos orare, eorumque auxilium, & patrocinium petere, cum piè credat, eos in beatorum supernæ patriæ ciuium numerum relatos.

Cap. XXXI.

Pro quibusnam sit orandum.

Queritur primùm, An viuorum preces proficiunt ijs, qui iam obierunt? Fuit quorundam error negantium, mortuos viuorum precibus iuari, eo quòd 2. ad Corinth. 5. dicitur: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum: & 1. ad Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: item ad Romanos 14. Vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Ad Galat. 6. Quæ feminauerit homo, hæc metet. Et: Vnusquisque onus suum portabit. Dauid quoque Reddes, inquit, vnicuique secundum opera sua. Denique Apocal. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Huic etiam sententiæ videntur primo aspectu allipulari Patres. Ait enim Hieronymus, teste Gratiano in cap. In præfenti. 13. quæst. 2. In præfenti seculo scimus, siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos adiuuari: cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquam, sed vnunquemque portare onus suum. Anima, quæ peccauit,

it, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris.

Cæterum & vsus Ecclesie, & Traditio ab Apostolis ad nos vsque deducta, & Sanctorum Patrum auctoritas apertè comprobant preces nostras mortuis prodesse. Nam omnes sumus iuicem membra, corporis verò membra se iuicem iuuant. Dionysius Areop. vt dicam alibi, ritum commemorat, quo Ecclesia pro mortuis orabat. Augustinus Non parua, inquit, est vniuersæ Ecclesie, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas, vt in præfenti Sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habeat commemoratio mortuorum. Et alibi: Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium Mediatoris offeratur, vel elemosine erogantur, vel cum preces funduntur in Ecclesia. Ambrosius quoque vt habetur in cap. Quia alij. 13. quæst. 2. Alij tertium diem, alij trigessimum, alij septimum, alij quadragesimum obseruare consueverunt in officijs mortuorum. Vtraque obseruatio habet auctoritatem, quæ necessarium pietatis impletur officium. Gregorius item in quarto libro Dialogorum multa scribit, ex quibus constat preces nostras esse mortuis fructuosas. Et 2. Machab. 12. Iudas collatione facta duo lectim milia drachmarum misit Hierosolymam, vt offerretur pro mortuis sacrificium, iustè, & religiose de resurrectione cogitans. Vbi tandem concludit. Sancta ergo, & salubris est, cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Quæ verò sunt obiecta, facile diluuntur, ea enim intelligi debent de præmio sempiterno, quod est nostri laboris merces, & operæ stipendium, quod bene merentibus redditur: & de supplicio perpetuo quo scelera, & malefacta puniuntur. Et Hieron. loquitur de generali, & extremo iudicio futuro.

Secundò queritur, quibusnam mortuis viuorum orationes proficiunt? Respondet Augustinus in Enchir. cap. 109. & 110. & lib. 1. de origine anime cap. 9. & 10. & lib. de cura pro mortuis agenda, cap. 1. non omnibus prodesse, sed ijs, qui cum viuerent, mererent. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem, nec tam malus, vt ei non proficiat ista post mortem. Est verò talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus in malo, vt nec valeat cum hac vita transferri, adiuuari. Primi horum dicuntur mediocriter boni, & mediocriter mali. Secundi valde boni: tertij valde mali. Sic August. Theologi in 4. d. 45. communi consensu valde bonos intelligunt eos, qui sempiterna foelicitate perfructur, valde malos, eos, qui perpetuis supplicijs cruciatur: Mediocriter bonos, & mediocriter malos accipiunt eos, quorum peccata igne purgatorio expiantur. Hinc colligitur, nequaquam esse orandum pro ijs, qui in cælo vnâ cum Christo Domino viuunt: sunt enim soluti, & liberi prorsus, & immunes ab omni malo, nec mali aliquid pati queunt; & facile habere possunt omne bonum, quod optant. Vnde in cap. Cum Matthe. De celebr. Missa, dicitur: In iurium facit Martyri, qui orat pro eo. Nec orandum est pro ijs, quos certò nouimus perpetuis supplicijs addictos vt perspicue docet Grego lib. 34. Moral. cap. 12. & lib. 4. dialog. cap. 44. Viuorum igitur preces ijs mortuis proficiunt, qui mediocriter boni, & mediocriter mali sunt: ijs nimirum, qui adhuc in igne purgato

rio detinentur: poenas enim suis peccatis debitas exoluunt, à quibus, vel ex toto, vel ex parte nostris precibus liberari queunt.

Sed questionis est dubia, an aliquo modo, qui sunt ad inferos damnati, nostris apud Deum precibus iuuentur; & an fas sit pro ipsis orare? Ratio dubitandi est, quia, teste Damasceno, in orat. De ijs, qui in Fide hinc migrarunt. Gregorius I. pro Traiani Ethnici Imperatoris anima orauit: & vocem ad se diuinitus delatam audiuit: Vocem tuam audiui, & veniam Traiano do. Cuius rei (ait Damascenus) testis est Oriens, & Occidens. Idem auctor scribit, B. Theclam primam martyrem pro Falconilla fecerit in Gentili, & idolorum cultrice orasse, eique salutem impetrasse. Refert idē etiam ex Lausiacā historia Palladij, vbi de Machario narratur eum consueuisse preces Deo offerre pro ijs, qui è vita decesserant, qui cum ex arido quodam cratino in quod incurrerat, sciscitaretur, num solatij aliquid haberent ijs, qui obierant? responsum accepit: *Quo tempore mortuorum causa preces, ac vota facis, tuos sane alacris solatij sensu afficimur.* Aliam etiam historiam ex eodem Palladio commemorat, in qua refert Damascenus, quēdam mortuum ab igneis tormentis liberatum cuiusdam sancti viri precibus. Præterea Augustinus in Enchir. cap. 110. aperte testatur; Orationes viuorum mortuis prodesse, aut, vt eorum poenæ remittantur, aut saltem, vt eorum poena sit tolerabilior: at eorum, qui sunt perpetuo damnati, poenæ non abolentur, ergo viuorum preces profunt eis, vt eorum tormenta sint minus intolerabilia. Et idem docet Glossa in cap. Tempus. 13. quest. 2. Insuper Ecclesia vniuersim orat pro animabus omnium fidelium defunctorum: at fidelium aliqui perpetuo condempnantur. Orat item Deum, vt liberet eas animas de profundo lacu, & à poenis inferni. Iudas quoque Machabæus iussit pecunias offerri pro ijs, qui in bello ceciderant; & tamen ex Scriptura colligi videtur, eos ob lethale peccatum in bello victos perijisse.

Conueniunt omnes Theologi in 4. distinct. 45. cum B. Gregor. in lib. 34. Moral. cap. 12. orandum non esse pro ijs, qui ad inferos detrusi perpetua gehēnæ supplicia patiuntur: nam eorum poenam, sempiternam appellat Scriptura. Nec impedit, quod quidam aiunt, orationes viuorum non valere ad eorum poenam remittendam, sed ad solatij aliquid afferendum poenæ acerbitati, vt tolerabilior sit. Quemadmodum enim eorum poena nunquam deletur, nunquam finitur, & definit; sic nunquam minuatur, aut ex parte remittitur. B. Gregorius etiam lib. 34. Moral. cap. 12. sic ait: *Orant iusti pro inimicis suis eo tempore, quo possunt ad fructuosam poenitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. At pro illis tunc non orabitur, quando iam nullatenus possunt ad iustitia opera ab iniquitate commutari. Eadem itaque causa est, cur non orentur pro hominibus aeterno igne damnatis, que nunc etiam causa est, vt non orentur pro diabolo, Angelisque eius aeterno supplicio deputatis: que nunc etiam causa est, vt non orent sancti homines pro infidelibus hominibus, impiisque defunctis, qui, de ijs utique, quos aeterno damnatos supplicio iam noscunt, ante illum iusti iudicis conspectum orationis sue meritum cassari refugiunt. Hæc ille. Et idem*

ferè habetur ex ipso Greg. in cap. Pro obuentib. 13. q. 2.

Ad ea verò, quæ sunt obiecta, Respondeo. Augustinum mediocriter bonos, & mediocriter malos appellasse eos, quorum culpæ poenis purgatorijs eluuntur, & expiantur, vt omnes Theologi interpretantur. in 4. dist. 45. & Glossa in ca. Tempus. 13. quest. 2. vt falsam reijciunt. Illud verò, quod refert Damascenus de Traiano à gehēnæ incendijs Gregorij precibus liberato, dupliciter diluitur. Quidam totum illud opusculum, Damasceni esse, inficiantur, eò quod in eo auctor refert, multos ab inferis liberatos, qui in Christū Dominum eo descendente crediderant. Sed hoc non satis firmè concludit non esse id operis à Damasceno conscriptum, cum ex Græcis partibus alij nonnulli in ea quoque sententia fuerint, vt crediderint aliquos ad inferos damnatos Christi Domini ad eos descēsu salutem consecutos, de qua sententia suo loco dicemus. Alij vero faciunt, Damasceni quidem eum scētum, siue partum esse, secutum tamen illum fuisse opinionem, quæ tunc vulgo ferebatur. Nam Ioann. Diaco. lib. 2. Vita Gregorij, cap. 44. in vita B. Gregorij scribit, hanc narrationem reperiri apud aliquas Anglorum Ecclesias, sed à Romanis ei fident non haberi. Et certè mirum est B. Gregorium pro Traiano Ethnico, & impio principe preces Deo obtulisse, qui, vt paulo ante dixi, planè docuit non esse pro infidelibus, & impijs vita sanctis orandum. S. Thomas, & Theologi communi consensu in 4. d. 45. historiam illam recipiunt quidem; at Traianum negant fuisse ad inferos damnatum, sed certo quodam loco ad tempus detentum, & B. Gregorij precibus ad hanc vitam reuocatum; & per veram cordis poenitentiam salutem adeptum. Quicquid sit de huiusmodi Traiani historia, de qua in alio loco tractabo; Verisimile est, ab Apostolis Ethnicorum aliquos fuisse è mortuis vitæ restitutos: qui postea cum fide viuæ, & poenitentia decesserint, & vitam æternam fuerint consequuti; ita vt ad eam fuerint per eiusmodi miraculum extra legem, & ordinem solitū diuina electione destinati: Et in vita S. Agnetis Virginis, ex Maximo, & Ambrosio legimus, ab ea filium Præfecti è morte excitatum, qui tamen ob scelus suum perierat: Ex historia Palladij item refertur Macharij Monachi precibus, & oratione ad vitam reuocatum quendam, qui fuerat ad inferorum supplicia condemnatus. Sulpitius quoque in vita S. Martini scribit, eius Oratione mortuum Cathecumenum reuixisse, ac suscepisse Baptismum. Beatus etiam Apostolus Petrus fertur suscitasse a finem quendam Cæsaris Ethnicum, & impium. Sed hæc & alia similia facta esse creduntur præter consuetum morem, legem, & ordinem, singulari Dei voluntate, & potestate. Ad id verò de Iuda Machabæo, & de Ecclesia pro omnibus orante, Respondeo, Iudam obtulisse pecunias pro ijs, qui in bello perierant, neque enim constabat eos ad inferos esse damnatos, aut sine poenitentia obijisse: ecclesia verò generatim quidem orat pro omnibus fidelibus vita sanctis, sed pro ijs, quos pie credit in igne purgatorio peccatorum poenas exoluere, quas in hac vita non plenè soluerunt. Et profundum lacum, & inferni poenas appellat

locum sub terram abditum, ubi igne purgatorio expiantur.

Tertio **Queritur**, An sit pro viuis omnibus orandum? **Respondeo**, pro omnibus planè, sine vlla exceptione, vel inimicitiarum, vel gentis, vel religionis: nam siue hostis sit, siue alienus, siue infidelis, & impius, proximus est, quem Dei iussu amare debemus; & idcirco pro eo precari, quod est amoris, & charitatis officium. Ed pertinet quod hortatur Apostolus: *Obsecro fieri orationes pro omnibus hominibus. Orandū est pro pastoribus, atq; profectis.* Monet enim Paulus Colossenses orare, vt sibi Deus aperiat ostium sermonis: & vt est in Actibus Apostolorum, *Oratio fiebat sine intermissione ad Deum pro Petro.*

Deinde orare nos oportet pro Principibus, nō solum bonis, sed etiam malis, vt tales sint, quales esse debent. Orandum etiam est propiis, & iustis, ne superbia efferantur, & intelligant se inferiorum etiam suffragiis indigere. Iussit præterea Dominus precari pro persequentibus, & calumniantibus nos.

Quarto **queritur**, An sit orandum pro Paganis, & cæteris à fide, & religione Christi alienis? Scribit B. Augustinus in *epist. 107. que est ad Vitalem*, consuetudinem esse ab Apostolis acceptam, qua preces, & vota facimus pro ijs, qui sunt ab Ecclesia alieni; vt infidelibus donetur fides; vt Idolorum cultores ab impietatis errore auocentur; vt ludæi lumen veritatis accipiant vt Catechumeni salutaris baptismatis aqua renati, in Fide confirmantur, ac bonis operibus studeant. Hæc ex B. Augustino idem constat ex Clemente *lib. 8. constit. Apostol. cap. 15. & sequentibus*: ex Epistola Cælestini I. ad Episcopos Gallie. Et Chryl. *hom. 5. super epist. 1. ad Timoth. 2.*

Quinto **queritur**, An sit orandum pro ijs, quorum peccatum est ad mortem? Quæstionem videtur mouere planè, & aperte id, quod Ioannes ait: *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Sane videtur Ioannes intellexisse lethale peccatum, quod hominis mortem comitatur, quo quis obstrictus ex hac vita migrat: nam post obitum poenitentia locus non est, nec item lethalis culpa post huius vitæ exitum condonatur. Ex quo fit, vt orandum nō sit pro ijs, quos lethali culpa constitutos decessisse manifestò, ac certò constiterit.* In c. Placuit, 23. q. 5. Ex Concilio Bracharenfi dicitur: *Placuit, vt ijs, qui sibi ipsi voluntariè, aut per ferrum, aut per venenum, aut per precipitium, aut per suspēdium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat; neq; cum Psalmis ad sepulcrum eorum cadauera deferantur. Similiter & de ijs placuit fieri, qui pro suis sceleribus moriuntur impuniti.* Et 23. q. 8. c. *Quicumque Clericus, statuitur: Quicumque Clericus, aut in bello, aut in vixā, aut in Gentiliū Indis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur.* Item ex Hieronymo cap. In præfenti sæculo 13. q. 2. habetur: *In præfenti sæculo scimus, siue orationibus sine consilijs inuicem posse nos adiuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare posse pro quoquam. sed vnumquemque portare onus suum. Sic ille. Secus verò est, quando dubitatur, vt G'offa annotauit, num hic aut ille cum lethali peccato decesserit.*

Sexto **queritur**, An sit orandum pro ijs, qui

obstinato sunt animo in malis? **Respondeo**, orandum esse: quoniam de nullo desperandum est, quamdiu vitæ huius spiritum duxerit: & quamdiu hic viuatur, pater teditus de spiritali morte ad spiritalem vitam per Dei gratiam. Et Apostolus Paulus pro omnibus hominibus iubet fieri obsecrationes, orationes, & postulationes. *Iacobus* itidem neminem ab oratione excludit. *Orate*, inquit, *pro inuicem, vt saluemini.* Christus denique pro omnibus mortem oppetiuit. Et: *Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores.*

Septimo **queritur**, An pro schismaticis, & hæreticis, & cæteris excommunicatione affectis sit orandum? **Causa** dubitandi est, quia Ecclesia pro ijs non orat, & eos arceat à communibus piorum suffragiis, & suo nomine preces fundere: at verò Ecclesia prohibet pro ijs orare publice, palam, ac nomine ipsius. Est autem prohibe hominibus orandum, vt depositis, & abiectis erroribus, ad Ecclesiæ gremium reuertantur.

Octauo **queritur**, An pro improbis, & sceleratis, pro ijs itidem, qui reprobi, & præciti vocantur; pro ijs, etiam quos bello iusto necare fas nobis est; pro ijs quoque, qui morte damnari iure queunt, orandum sit? **Respondeo**, pro ijs omnibus esse orandum; pro improbis quidem, vt respiciant, & ad saniorē mentem, melioremque vitæ frugem reuertantur. Nec refert, si aliquos bello iusto, ac morte trucidare, & damnare liceat nobis: quoniam quamuis his vita corporis adimi iure queat, optanda tamē illis est, & petenda Dei gratia, & felicitas sempiterna. Obijciens Dauidem, & alios Prophetas improbis, ac peccatis hominibus dira passim imprecari. **Respondeo**, eas imprecationes potius esse quoddam futurorum euentuum prænuntiationes, quam absolutas imprecationes: continere itidem tacitam quandam conditionem; nam perinde est, ac si dicerent: Confundantur, ac pereant peccatores, & coniurati Dei hostes, si malè agere, & insontes persequi pergant. Item mala improbis imprecantur: prophete, non quidem ad perniciem, & interitum, sed ad salutem ipsorum; nimirum, vt malis, quasi flagellis quibusdam cæli, & afflictis, admoniti, & excitati, ad se redeant.

Nono **queritur**, An pro ijs, si quos præcitos, ac reprobos esse certò constiterit, liceat nobis orare? Vt si cuiuspiam Deus patefecisset futuram aliquis damnationem æternam. **Respondeo**, à Deo reprobam esse aliquē, dupliciter intelligi posse; vno modo absolute, & simpliciter, nullius omnino humani operis habita ratione: & contra huiusmodi voluntatem, si certò de ea constiterit, non est oratione nitendum, quoniam esset superuacanea, & temeraria. Altero modo Deus reprobat, ac reijcit, non absolute, sed ex causa penes reprobam hærente, nempe propter scelera, quæ in reprobo ad finem vsque vitæ futura prænouit: & hoc modo reprobat, quoscumque reprobat. Neque enim Deus prius est vltor, quam sit homo peccator. Pro istiusmodi reprobis salubriter oratur, quoniam illorum damnatio ex libero eorum arbitrio pendet, ita vt possint, si velint oblatam Dei gratiam admitte-

re, & de malefactis per veram cordis poenitentiam dolere: neq; qui pro talibus orat, sese diuina voluntati opponunt, qui vult, vt pro omnibus oratur, vt omnes salui fiant. Praesertim quod etiam si perituri sint, minores apud inferos poenas luent, si minus peccauerint: quare cui libet reprobo dicere iure possumus: Age, fac bonum: de bono opere nunquam condemnaberis.

Cap. XXXII.

De partibus, ex quibus constat oratio.

Primo queritur, Quot modis soleat Oratio diuidi? Respondeo, multis. Primo, alia est Oratio, quae in mente solum perficitur, atque completur; alia vero, quae in voce consistit. Prior, internum animi votum, affectum, & desiderium exprimit, absq; vilo externo signo: posterior vero vocibus internos voluntatis affectus exprimit.

Secundo, diuiditur Oratio in priuatam, & publicam: haec posterior totius Ecclesiae nomine pro communi populi salute per publicos ministros, & plurimum in loco publico funditur: illa priorem pro se, vel alio priuato qui libet fundit.

Tertio, Paulus Apostolus videtur quatuor Orationis veluti membra, & partes constituisse, cum ait: Obsecro primogenitum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.

Quae quatuor Cassianus ita distinguit: *Vi obsecratio sit imploratio, vel petitio pro peccatis: Oratio, quae Deo a liquid offerimus, vel vouemus: Postulatio, petitio pro alijs: Gratiarum actio, ob suscepta beneficia: Obsecratio, de compunctio peccatorum nascitur: Oratio, de fiducia oblationum, & conuincatione votorum proficit: Postulatio, de caritatis ardore procedit: Gratiarum actio, de beneficiorum Dei consideratione generatur. Prima species pertinet ad incipientes: secunda, ad eos, qui in virtutum profectu consistunt: tertia, ad illos, qui iam perfectionem assecuti: quarta, ad illos, qui securae, ac tuta sunt mentis.* Haec ex Cassiano. Bern. quatuor praedicta Orationis genera sic explicat: *Vi obsecratio fit, cum quis causa sua parum fidens, non per sese, sed per alium ipsius Deum invocet: Et si dicat, Sancte Petre, vel Paule ora pro me. Oratio vero, cum quis per se aliquid petit: Postulatio cum vultius amplius noxae sibi confusus, pro se, vel altero orationem postulat: Gratiarum actio, cum salutaria, vel necessaria securo animo petit.* Hugo S. Victoris tres Orationis partes constituit, lectionem, contemplationem, seu meditationem, & gratiarum actionem. Ita vt lectio contemplationis materiam praeparat: per contemplationem vero mens caelestia, & diuina bona consideret: Et tandem succedat gratiarum actio. Alij vero Orationis quatuor partes assignant, lectionem, cōtemplationem, petitionem, & gratiarum actionem. Alij quinque, eo quod praedictis quintā adiungunt voluntatis affectionem, cum ex Dei cōtemplatione mens tota inflammata exardescit, & voluntas eo modo, quo potest in sublimium, & caelestium rerum desideria assurgens, optat se Deo coniungere, & ei perpetuo adherere.

Secundo queritur, An oratio publica, quae in precibus Horarijs recitatur à clericis, & quae ius-

su Ecclesiae funditur, vim habeat ex opere operato, vt vocant: hoc est querere, an cum Clericus vi legis Ecclesiasticae, siue iussu Ecclesiae preces Horarias recitat, eiusmodi precibus aliquis effectus respondeat ratione meritorum Ecclesiae, quamuis, nulla merita ipse Clericus habeat, vt qui sit lethalius peccatis obstrictus. Et idem prorsus queritur de oratione Dominica, quam improbus recitat: quia eam Christus Dominus instituit. Sunt, qui id affirmant, ob id, quod eiusmodi preces Ecclesiae iussu funduntur: quemadmodum, si dominus aliquis per seruum improbum elemosynam erogat, fructu non caret suo, quamuis seruus sit improbus. Deinde, Orationes, quas in Missae sacrificio offert Deo Sacerdos, fructuosae sunt, tamen si Sacerdos sit malus: ergo preces Horariae, quae iussu, nomine, & auctoritate Ecclesiae per solvantur, suo fructu non carent, quamuis ab improbo Clerico recitentur. In dubium non vertitur, an cum orat Sacerdos, vt minister Ecclesiae, eius oratio sit fructuosa ob Ecclesiae meritum, quamuis ipse Sacerdos sit improbus: quia conuenit inter omnes, esse fructuosam, cuiusmodi sunt preces, quas in Missae sacrificio Sacerdos fundit ad Deum. Sed quaestio est dubia, an preces Horariae, quas recitat Sacerdos aliqui improbus, sint semper tales, vt per eas Ecclesia aliquid mereatur, & satisfaciatur apud Deum, quamuis malus Sacerdos nomine suo nihil mereatur, nec satisfaciatur. Gabriel in Canonem Missae lect. 57. ait: Sicut sacrificium altaris, & Ecclesiae Sacramenta effectum habent ex institutione Christi, non ex dispositione offerentis, vel ministrantis: sic non est impium, sentire de oratione Dominica, & de Horarijs Canonici, & alijs precationibus, quas Ecclesia dicendas instituit, quae quando vim accipiunt ex parte diuina, & Ecclesiastici mandati, vt dicit Gerson. Haec Gabriel, quam sententiam videtur sequi Nauarr. de orat. cap. 19. nu. 59. & 60.

Attamen non videtur omnino esse idem iuris de precibus Horarijs, & de oratione Dominica, quod de orationibus, quae in Missae sacrificio funduntur: Nam Horarias preces recitat Clericus lege, & praeccepto Ecclesiae, Ecclesia enim Beneficiarijs fructus beneficii tribuit tamquam operis, ac laboris mercedem: ac propterea voluit, vt laborarent, & Horarum pensum exoleret: Clericis quoque sacris Ordinibus initiatis praecipit, vt idem precationum Canoniarum officij persoluerent Oratio vero quam iussu, & nomine alterius ergo fundo fructuosa non est, si ego sim malus: Sicut nullius est fructus ieiunium, quod improbus homo, quamuis alieno iussu, suscipit, ac sustinet, & sicut fructuosa non est oratio, quam meo iussu recitat caecus, qui mendicatio viuunt, si eam recitet cum lethali peccato, quo tenetur obstrictus. At vero orationes, quae in Missa funduntur, reuera ab ipsa Ecclesia, Sacerdotis tamē ministerio offeruntur, ac proinde cum Ecclesiae merita accepta, & grata Deus habeat, preces quoque quae Ecclesia per Sacerdotem aliqui malum fundit, ipse Deus acceptas, & gratas habet: quoniam in Missae sacrificio non solum orat Sacerdos, sed oratio Ecclesiae. Secus est cum alius iussu meo orat, & ego vnā cum eo non oro. Et secus est de elemosyna, quam dominus per famulum improbum dat, ea enim est res Domini, non famuli

aut iniustus pro iniusto, aut iniustus pro iusto. Huiusmodi quadripartita distinctio adiungenda est; altera tripartita, iuxta triplicem orationis effectum. Siquidem Oratio, ut diximus, vim potest habere merendi, satisfaciendi, & impetrandi. Est igitur primum quod queritur in hac controversia, an Oratio iusti alteri iniusto prosit ad vitam æternam promerendam, ad gratiæ incrementum; iniusto verò, ad primam reconciliationis gratiam obtinendam? Sunt qui sentiant ad utrumque valere; eo quod Gregorius explicans illud Matthæi 9. Videns Iesus fidem illorum, dixit Paralytico: *Confide fili, remittitur tibi peccata tua*, ita scribit: *Quantum valet apud Deum fides propria apud quem valet aliena?* quibus verbis insinuat Gregorius, offerentium fidem cõsolisse Paralytico peccatorum veniam, ac proinde primam gratiam. Et Luc. 16. dicitur: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Sed nemo in celum admittitur, nisi præditus gratia, & charitate. Et i. lo. 5. dicitur: *quis scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccatum non ad mortem.* Ergo per aliorum preces, peccantibus peccatum non ad mortem, vita promittitur.

Ceterum compertum, & exploratum est, iustum suis precibus alteri iniusto non mereri ex iustitia, ac lege, & dignitate operis vitam æternam, aut gratiæ incrementum; nec item iniusto peccatorum veniam, aut primam reconciliationis gratiam. Solus enim Christus hac ratione alteri gratiam, gloriam, & peccatorum remissionem, ac veniam promeruit. At verò iustus suis precibus impetrat causam alterius iusti gratiæ incrementum; & causam iniusti hominis veniam peccatorum: quæ impetratio Dei liberalitati innititur. Unde Paralyticus gratiam, & peccatorum remissionem non obtinuit, sine propria fide, poenitentia, & charitate: frustra namque dixisset ad illum Iesus, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, si nullam ille de Christi clementia fidem, & spem concepsisset. Impetrat igitur Oratio iusti, ut alter iniustus gratiæ incrementum assequatur, quia impetrat Dei donum, quo alter iustus, vel aliquid charitatis officium præstat, vel Sacramentum suscipit, quo in illo gratia roboratur, & crescit. Impetrat item, ut iniustus à Deo poenitentiam donum accipiat, quo ille de peccatis admissis legitime dolet, ac proinde per veram cordis poenitentiam in Dei gratiam redit.

Quæro queritur, An iustorum preces aliorum causa fuit, pro sint ad satisfaciendum pro illorum peccatis? Et quidem certum est, non prodesse, si alij sint iniusti, & peccatores: nam cum sint Dei charitate, & gratia destituti, vis orationis ad satisfaciendum impeditur. Quod ergo in queritionem vocatur, est, An oratio iusti ex iustitia, ac certa promissione, & lege Dei pro alio iniusto vim habeat satisfaciendi? Sunt, qui negant, quoniam ex Scripturis non constat eiusmodi lex, ea enim sine Dei promissione non est: at quod Deus promiserit, & sese nobis obligauerit ad preces iustorum, causa improborum hominum fuit, ac ceptas, & gratas habendas, nusquam in Scripturis legitur.

Contra alij censent preces iustorum hanc

habere vim. Nam si Petrus (exempli gratia) id totum pendit, ac soluit nomine Ioannis, quod Ioannes Paulo debebat, Paulus iure nihil amplius potest exigere à Ioanne. Primi contra respondent, non satis esse, si Petrus soluat pro Ioanne, Paulo, nisi Paulus acceptum, & gratum habere velit id, quod Petrus pro Ioanne soluit: nam cum Ioannes sit debitor, iure potest Paulus exigere; ut Ioannes per seipsum, & non per alium soluat. Mihi tamen secunda opinio videtur esse probabilior, & verior, atque benignior: quoniam iusti sunt inuicem vnus corporis mystici membra, ac proinde mutuis sese officijs, studijs, & suffragijs iuuant: præsertim cum ex peccatorum condonationes, quæ Indulgentiæ vocantur, non solum liberali Dei benignitate, sed etiam iustitiæ lege poenas expient, & eluant.

Quintò queritur, Quidnam prodesse iniusto, quidvis impetrare queat causa ipsius oratio iusti? Ex Scripturis liquet; Deum quinque ciuitatibus propter decem iustos, si tot forte in his comperti fuissent, parcere voluisse. Item Pauli precibus ducentas, & septuaginta animas esse à naufragio liberatas. Vnius etiam Moysis oratione toti Israeli peccanti Deus pepercisse memoratur; precibus itidem Abrahæ Deus vniuersam Abimelechi familiam à sterilitatis vinculo absoluit; & alia multa ob suorum amicorum preces iniustus præstitit. Quod si qui iusti pro iniustis precantes non audiuntur, causa est, vel iniustorum indignitas, aut aliquid aliud impedimentum occultum. Quicquid autem iustorum oratio à Deo iniustis hominibus impetrat, id totum illius benignitate, & misericordia potius nititur, quam vlla iustitiæ lege. Solent autem impetrari non modo temporalia bona, ut sunt opes, honores, dignitates, liberi, læti, & prosperi euentus, & alia id genus; verum etiam spiritualia; nimirum boni cordis motus, impulsus, piæ inspirationes, præsidia contra Dæmonum insultus, & insidias: quæ omnia Deus munificentia sua, gratis, ac liberaliter largitur, & præstat.

Sextò Queritur, Quid valeat oratio, quæ iniustus fundit pro iusto, vel pro iniusto, Distingueret oportet, nam vel iniustus orat pro iusto vel pro iniusto, nomine Ecclesiæ, tãq̃ minister ipsius orationes fundens ab ipsa Ecclesiâ institutas; & sic oratio illius efficax esse potest, quoniam non suo, sed Ecclesiæ nomine precatur, & ipsa Ecclesiâ per suum publicum ministrum orat, & Deus Ecclesiæ per suum ministrum, quauis iniustum oratis, preces audiat. Tales sunt orationes, quas in Missa Sacerdos fundit. Aut iniustus orat pro iniusto, vel pro iusto priuatim suo nomine: & precatio illius parum plerumq̃ valet, ut quæ sit opus mortui hominis, hoc est, vita charitatis, & gratiæ destituti.

Septimò queritur, An vis, & efficacia orationis eò minor sit, quò se ad plures fundit? Sunt, qui censeant, orationem pro pluribus oblatam æquè singulis prodesse, ac si pro vno tantummodo fundetur. Id probant, quia Oratio inter bona spiritualia habetur; spiritus autem, cum partis sit expers, cuiusque datur, totus datur. Deinde,

Oratio

Gen. 18.

Act. 27.
Exod. 32.

Oratio eo serè modo ad illos se habet, pro quibus offertur, quo lux ad eos, qui illuminantur, & quo vox, ad eos, ad quos perfertur: Sed vox, & lux integra ad singulos peruenit, etiam si plures sint, qui illuminantur, & plures, qui vocem auscultant. Denique, in cap. Non mediocriter, de consec. dist. 5. ex Hieronymo refertur nihil minus accipi, dum Psalmus pro multis recitatur, quam dum pro singulis decantatur. Porro alij fatentur quidem, Orationem, quod ad vim merendi, & satisfaciendi spectat, finitum effectum habere, sed quod pertinet ad vim impetrandi, infiniti effectus esse, eo quod meriti hominis, & satisfactio ex orantis studio, & affectu perpèduntur, impetratio verò ex Dei liberalitate, & munificètia existit, ac pendet.

Cæterum verior est eorum sententiã, qui oppositū tradunt, eò quod Oratio, si quidem eius pondus, & orantis affectus, & voluntas spectetur, finiti est fructus, & pretij, ergo fructus eius, dum in plures diuiditur, sit minor in singulis: & hoc locum habet in quolibet orationis effectu, siue demerito, siue de satisfactioe, siue de impetratioe sit sermo: quoniam generatim omnis effectus orationis ex parte eius, qui orat, finitus est, ut ipsius ponderi, & dignitati, & orantis studio, & affectui respondet. Est enim oratio hominis officium: at opus humanum certis finibus, ac terminis continetur inclusum. Ecclesiã item pro priuatis hominibus speciatim, pro rebus quoque peculiaribus nominatim subinde orat; cum tamen semper esset orandum pro omnibus, si tantum prodesset oratio singulis, dum pro multis offertur; quantum si pro vno solo funderetur. Et hæc est communis sententiã Theologorum, & Canonici iuris inter præter, ut testatur Conaruias in cap. Alma mater. p. 1. §. 5. num. 9. vbi citat S. Thomam, Scotum, Adrianum, Caietanum, Sotum, Medinam, Innocentium, Ioannem Andream, Abbatem, Imolã, Turrecrematam, & Nauarum.

Nec primæ sententiæ argumenta quicquã contra nos efficiunt. Ad primum enim respondemus, magnum esse discrimen inter spiritū, & spiritale bonum: nam spiritus partes non habet, ac proinde sectionem nullam patitur; at bonum spiritale, saltem quod ad eius effectum attinet, diuisionem admittit. Ad secundum: Lux, & vox natura sua æqualiter participat à pluribus: at Oratio, vim & efficaciam habet, & ex affectu orantis, & ex voluntate Dei orationes nostras gratas habentis. Orantis autem effectus certus est, & finitæ virtutis, & Deus item liberè, ut vult, orationem acceptam habet. Ad tertium: Hieronymus solum loquitur de merito, quod oratio cuiuslibet habet: mens ergo eius est, non minus mereri nos, cum pro pluribus orationem fundimus, quam si pro vno tantum eam funderemus. Deinde respondeo, Orationis impetrationem, ut sola Dei liberalitate, & munificètia nititur, non esse minorem, si oratio pro pluribus offeratur: nam æquè facile est bonum quodlibet impetrare pro centum, ac pro vno solo, si non ex ipsius orationis pondere, sed ex Dei liberalitate remeremur.

Octauo quaeritur, An orationis effectus sit triplex, ut quidam opinantur; nimirum, communis, proprius, siue principalis, & medius? Nonnulli

philosophantur, in oratione, & pro quolibet opere triplicem effectū inueniri. Nam si cū quodlibet pium opus primum omnium suo prodest auctori, mox omnibus totius Ecclesiæ membris, iuxta illud Psalmi: *Particeps ergo sum omnium timorū re, & custodientium mandata tua; postremò illi, in cuius gratiam suscipitur.* Sic etiam Orationis proprius, vel principalis effectus est, quo iustus gratiam, & vitam æternam meretur; qui fructus solius est orantis, nec cum alio communicatur, nec in alium transfertur. Communis verò effectus est, qui omnibus Ecclesiæ membris impetratur: Medius autem is est, quem participant ij, pro quibus oratio funditur.

Cap. XXXIV.

De Orationis circumstantijs.

PRIMO quaeritur de tempore Orationis, An sit orandum omni tempore? Quæstio inde mouetur, quia Christus dixit: *Oportet semper orare, & non deficere,* & post illum Paulus: *Sine intermissione orate,* David quoque: *benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* His diuini testimonij olim Messaliani permoti, quos August. confutat lib. de hæresib. hæres. 57. & Epiph. hæres. 30. docuerunt semper orandum esse. At Origenes, & Glossa sic has scripturas intelligunt, ideo esse semper orandum, quatenus nunquam ab opere operando desistendum est, Dicit enim solet, semper orat, qui bene semper agit. Vnde Alexander: *Oratio, inquit, aliquando laus sumitur pro quolibet bono opere, & virtutis officio.* S. Tho. 2. 2. q. 83. a. 13. docet ideo semper orandum, quatenus nunquam est ab orationis causa cessandum. Causa autem orationis est gratia, & vitæ æternæ desiderium. Gerson: *Orandum semper, inquit, potestate, & habitu, quatenus si semper orare censetur, qui vbi semel orare cepit, nunquam ab oratione per contrariam voluntatem recedit, ita ut amplius orare cesset.* Ita Gerson intellexit eum locum. Verum nimmero Christi Domini, & Apostoli mens est, monere nos, vt crebro, ac frequenter Deum precemur, ne si longo temporis interuallo vacemus ab oratione, hostis insidijs capiamur, aut in aliud malum, & incommodum incidamus. Vfitato itaque Scripturæ more ea dicitur semper fieri, quæ sunt crebro, & statim cuiusque diei horis, etiam si intermedio tempore aliud quippiam agatur. Nã sicut Apostolus dixit semper orandum, sic etiam dixit semper gaudendum. Et tamen Salomoni ait, suo tempore ridendum, & suo tempore plangendum. Oratio itidem sine intermissione fiebat ab Ecclesiã pro Petro in carcerem coniecto; & tamen verisimile est, aliquam orantibus à pretario ne vacatione suis, Anna filia Phanael (ait S. Lucas) nũquã de templo recedebat, die, ac nocte ieiunij, & obseruationibus seruens Dominos; & tamen credibile est eã extra templū dormisse, cibum sumpsisse, & cætera vitæ animalis munia obiuisset. Dices, perpetuo Dei auxilio egemus, ne labamur in mala, & vt lapsi resurgamus à malis, ergo semper est orandum. Respondeo, fat esse, si debita loca, & tempora orationis obseruentur, ita vt oremus, quando cumque se nobis orandi commoda obtulerit occasio. Debet autem esse oratio longa, vel breuis, pro varietate finis, tam diuturna, quantum expedit ad excitandum,

fontendum, & promouendum, pium, & religiosum mentis affectum, ne si diutius producat, incipiat esse tædio. Augustinus probat morem quorundam fratrum in Aegypto, qui crebras dicuntur funder preces, sed tamen breuissimas, & cursum, & rapim quodammodo iaculatas: ne scilicet, per productiores horas euanescat deuotio, quæ est prompta quædam, & expedita voluntas ad diuina mandata exequenda, & ad pia religionis officia obeunda. Et pariter euanescat animi intentio. Ex Augustino loco citato.

Secundo quæritur, Quandonam orandi præcepto, ac lege teneamur? Inter omnes conuenit, esse præceptum orandi, idq; naturalis iuris esse; quoniam ipsa recta ratio præscribit, vt Dei opem, & auxilium inuocemus, peccatorum veniam precibus efflagitemus, Dei gratiam, & cætera ad vitam æternam consequendam necessaria petamus.

Sed illud dubitatur, quandonam iure naturali precari debeamus? quod est quærendum, An certa tempora orationi ius naturale præscripserit? At Syluester, verbo, Oratio. q. 8. singulos hominum præcepto naturali ad orandum compelli, cum primum usuram rationis accipiunt. Deinde, quando prohibitas, & virtus cuiusque vehementer hostium incursum tentata agitur; hoc etiam tempus dicunt esse necessarium ad orandum, Angel. Oratio. nu. 20. Medin. de oratione qu. 11. Nauarr. de Horis Canon. c. 3. 14. & Ledesmi. in 4. q. 26. ar. 3. Postremò, quando proximus indiget grauissimè remedio ad vitam spiritualem, vel corporalem conferuandam necessario: Vt si duo homines districtis gladijs inter se acriter pugnent, ac dimicent, & capite, ac vira, vel alteruter, vel vterque eorum periclitetur. Hoc ipsum docent Angel. Medina, Nauarrus, & Ledesmius locis supra citatis. Immo addunt his alia etiam tempora, nimirum, cum Sacramentum sumere, vel alteri conferre, aut periculosum iter ingredi instituiamus, aut grandius cum Dæmone, vel Carne certamen inimus, vel aliquod aliud negocium magni ponderis, ac momenti suscipere, & capessere cogimur. Alij etiam aliud tempus assignant, cum rem diuinam diebus dominicis, & festis audimus: putant enim isti eadem lege, qua Missæ sacrificio interesse debemus, compelli nos ad orandum, quod videntur docere Palud. 4. dist. 35. quæst. 1. ar. 1. Syluest. verbo, Oratio. quæst. 8. Angel. in eodem verbo, Oratio. num. 20. & Nauarr. de Horis Canon. c. 3. nu. 35. & 18. Alij verò videntur hinc temporibus iuris naturalis lege nos ad orandum non adstringi; quia cum quis, inquiet, incipit esse rationis compos, satis ei est ad salutem hominum consequendam, si omne, tunc temporis, peccatum deuiter, & id boni præstet, quod ei sese tunc obtulerit. Nec item si Dæmon, vel alius quispiam improbus, ac perditus nostram virtutem tentet, & à Dei gratia, & charitate dimouere, & deijcere nos studeat, continuò sequitur, vt ad orationem confugere debeamus; cum sint etiam in promptu alia remedia, & præsidia efficacia, quibus Dæmonum, & aliorum hostium nostrorum incursum propulsare possimus. Nec rei diuinæ audiendæ præceptum nos ad orandum adigere videtur: ac proinde sentiunt iure naturali tunc nos orare oportere, cum recta ratio præscripserit aliqua necessitate urgente nos, ac pre-

mente, opus esse oratione: sicut etiam iuris naturalis præceptum de ieiunio suscipiendo, & seruando, certa, & definita tempora non habet, nisi scripto iure, aut iureiurando, vel voto cuiusque vel Superiorum mandato constituentur: nihilominus tamen cum recta ratio præcipit ob necessitatem aliquando ieiunium colendum esse, tunc iure naturali ieiunium suscipere, & agere debemus. Quid mihi in hac re videatur, dixi supra in hoc libro, cap. 10. quæst. 14.

Tertio quæritur, An Oratio in loco certo fundi debeat? Respondeo in hunc modum: communes, & publicæ preces per se quidem vbique vtiliter, ac salubriter olim fundi solebant, & pro rerum necessitate, & temporum difficultate offerrebantur per agros, per vrbes, & vias publicas: in ipsis etiam militum exercitijs, & nauilibus classibus, & Martyrum tempore Christiani homines in montibus, in antris, spelæis, & terræ cauernis, & in priuatis ædibus, non sacris, frequentes conuentus habebant, in quibus preces fundebant, cū nondum essent extructæ Basilicæ, nec Templà extructa. Postea verò sacræ, & publicæ ædes, Oratoria, & sacella ædificari, & pontificia auctoritate destinari, & sacrari cœperunt, in quibus res diuinæ fieret, conciones ad populum haberentur, preces communes, & publicæ funderentur: quo etiam modo in vetere Hebræorum populo extructum est templum Hierosolymitanum ad orationes, & sacrificia deputatum. Nunc igitur in huiusmodi locis Episcopi auctoritate sacratis, communes, & publicæ orationes, more, & Ecclesiæ pariter decreto offeruntur. Et reuera non solum decens est in huiusmodi locis orationes fundi, sed etiam multis de causis vtile, & fructuosum, vt ostendit S. Tho. 2. 2. q. 84. ar. 3. Nam propter pontificiam consecrationem, & veram Christi in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento præsentiam, sacrarum Reliquiarum, & Angelorum præsidium, certam Dei promissionem credimus, quæ dixit: *Domus mea, domus orationis vocabitur*: Denique ob imitationem, exemplum, & communem orationem publica templa multò ad orandum, & animi, & voluntatis affectum excitandum sunt aptiora, & ad impetrandum quod petitur, efficaciora, quàm alia quælibet loca priuata.

At verò priuata, & libera preces, etiãsi imperatæ sint, nullum certum locum sibi determinant, ac ideo vbis, dummodo cæteræ circumstantiæ nõ defint, fundi possunt. De his intelligitur illud Christi: *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito*: & *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*. Quæ verba enarraos Isidorus: Oratio, inquit, priuatis locis opportunis funditur, magisq; optatum imperat, dum Deo tantum teste depromitur. Eodem quoque modo intelligitur & illud Apostoli: *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione, similiter & mulieres*. Vbi Glossa: *In omni loco, vbicunque sum, non solum in Ecclesia*. In omni loco interpretatur Nauarr. tract. de oratione, c. 4. nu. 5. mundo, non immundo, & id probat testimonio B. Ambrosij, Augustini, & S. Tho. in eum locum Pauli 1. ad Tim. 2. Ambrosius ait esse orandum in omni loco competenti, nõ in loco inopportuno, & fordido. Sed hoc intelligitur, nisi necessitas aliud requirat, ac postulet. Illud item

Matth. 21.

Matth. 6.

Psal. 102

Ioan. 4.

regij Propheta: In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino; illud quoque Seruatoris nostri apud Ioannem: Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate. Vbi Glossa. Non in templo, non in monte hoc sed in intimo cordis templo, Dei presentia à nullo loco excluditur: & oratio exterior cum sit interioris voti, & desiderij interpret, & index, fertur sicut interior vis animi in Deum sine ordine ad certum tempus, & locum. Quare vbi que locorum, siue in domo, siue in agro, siue in foro, mensa, vel lecto priuatim orare licet, seclusa aliorum offensione, modo recte alioqui fiat: Nec aliquis locus quamuis immundus, quidquid Nauarrus dixerit, priuatam orationem dedecet. Satius est, vt ibi etiam Demon nos inueniat Deum laudantes, quam otiosos: & sepius necessitate cogimur in loco immundo, & sordido priuatim orare, vt res ipsa, & ratio demonstrat in ijs, qui capti, & inclusi tenentur in locis immundis, & in alijs, qui necessitate compulsi ad loca sordida, & immunda sese contulerunt, quod etiam ipse Nauarrus concedit.

Ceterum, quod ad orantem attinet, debet is eo loco precari, quo minus impeditur, magisque ad pietatem accenditur. Si quisquam ergo in hominum turba orare nequeat, vel id facere comode non possit, aut sine aliqua inani gloria, vel grandi mentis distractione non queat, oret in domo, vel loco alioqui secreto; nisi priuatum votum, aut Ecclesie statutum, aut Superioris mandatum aliud postulet.

Matth. 6.

Illud verò Christi: Tu cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & reliqua: nequaquam eos condemnat, qui publicè orant, sed stultam Pharisæorum ambitionem: consueuerant illi hypocritæ in synagogis, & angulis platearum stantes orare, vt ab hominibus viderentur, & pij, ac religiosi vulgò haberentur. Confutat etiam Dominus his, & illis verbis: Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate, quorumdam Gentilium errorem, qui putabant Deum quasi loco circumscriptum, in solis delubris supplicum preces audire, non alibi. Non igitur publicè templa Deo dicata condemnat Christus.

Quartò queritur, An sint alie circumstantie orationis? Respondeo, esse. Nam in quavis oratione duo, ad minimum, se offerunt; nimirum is, qui orat, & Deus ipse, què oramus; ac propterea orantium gestus, ac motus duo potissimum designant; vnum, quod pertinet ad Deum, qui nostris precibus inuocatur; alterum ad nos, qui inuocamus. Propterea Deum vultu ad Orientem conuerso oramus; quo significatur, quemadmodum Sol, & lux, quæ inde oriuntur, quædam inter sui ordinis res obtinent principatum; lux quidem inter corporeas qualitates, Sol verò inter reliqua cæli sidera; ita Deus, ad què oratio dirigitur, res omnes procreatas immenso in ætate post se relinquit.

Genes. 2.

Cum ad orationem stamus, ait Augustinus, ad Orientem conuertimur, vnde celum surgit, non tanquam hic habuerit Deus, quasi ceteras mundi partes deserens, qui vbiq; locorum presens est, non locorum spatij, sed presentia maiestatis; sed vt admonetur animus ad naturam excellentiorem sese conuertere. Et Damascenus ait, Deus Paradisum, non ad Occidentem, sed ad Orientem, vbi hominem finxerat, posuit: què inde ob peccatum expulit. Antiquam igitur patriam inquirentes, vultum in oratione ad Orientem conuertimus. Moyses quoque tabernaculum, velum, & propitiatorium Orientem

versus habebat, & in Salomonis templo porta Domini Orientem respiciebat: Et Christus in Crucem altis ad Occidentem spectabat: at assumptus in celum, ad Orientem se reuertitur, sic sicut apostoli adorauerunt. Ipsum igitur spectantes, ad Orientem oramus. Hæc Damascenus. Hugo Victorinus de externis Orationis ritibus, & cæremonijs scribens, sic ait: Sunt quedam in Ecclesia sacramenta, in quibus eius principaliter salus non consistat, ex his tamen salus arguetur, in quantum deo nostro exercetur: Et ex his quedam constant ex rebus, cuiusmodi sunt aqua aspersiones, susceptio cinerum, & quæ dicitur benedictio horum, cereorum, & huiusmodi. Aliqua constant ex factis, quæ sunt signum Crucis, exussatio, exorcizationes, expansio manuum, & huiusmodi. Aliqua constant ex dictis, vt Trinitatis inuocatio. Signa itidem corporalia, gestus, ac motus, qui adhibentur, suam significationem habent. Hæc ille. Ad Dei itaque maiestatem designandam pertinet, quod conuerso ad Orientem vultu oramus: quod verò orantes genua flectimus, aut stamus, aut humi prosternimur, caput aperimus, pectus tundimus, palmas expansas, aut complicatas, in altum attollimus, & alia huiusmodi facimus; ad nostri animi affectus significandos, excitandos, permouendos, & in flammam spectant: his enim motibus nos Deo submittimus, infirmitatem, ac paruitatem nostram agnoscimus, indignitatem profitemur.

Quintò queritur, An prædictæ circumstantie sub præceptum cadant? causam dubitandi præbent sacræ literæ, quæ videtur insinuare aliquid, quod præcepti vim præ se ferat. Scribit enim Paulus; Volo viros orare in omni loco; leuantes manus, ergo in oratione attollendæ sunt manus. Et alio loco: Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi: ergo inter orandum ponere Deo genua debemus. Respondeo, hæc sub præceptum à Christo, & Apostolis datum non venire: neque enim precipit Paulus, vt in genua supplices prostrabamur, aut manus subleuamus inter orandum: sed verbo, & exemplo monet, vt castas, & humiles preces fundamus. Neque sacri Canonis aliud de his rebus constituitur, quàm vt ad Euangelij recitationem stetur: ad sacrosancti nominis Iesu pronunciationem caput aperiat, vel genua inflectantur; ad versiculum, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, assurgatur, vel caput inclinetur: vt ad communem orationem inter Pascha, & Pentecosten stantes, non proni precemur. Et hæc quidem in publica oratione quilibet Ecclesie sue ritus, & more obseruare debet. In priuata verò oratione fat est, si quis id sequatur, quod in finem, in quem animum intendit, præ cæteris vtilius fore iudicabit.

Sextò queritur, Quid velit Christus Dominus, cum multiloquium ab oratione prohibet? ait enim: Orantes, nolite multum loqui. Num hoc ita est accipiendum, quasi diutius, & prolixius orare, aut eandem rem sæpius virgere nefas sit? Alioqui enim, & Dominus ipse in oratione frequentius pernoctabat: & in agonia constitutus prolixius orabat: & tertio precabatur, vt à se calix traheret. De quibusdam quoq; sanctis hominibus legitur, eos diem cum nocte orando transigisse; alij verò etiam perhibentur centies interdum, & noctu quoque centies orasse: necnò & veteres illi Monachi crebris orationibus utebantur, quas iaculatorias vocabant.

1. Tim. 2.

Ephe. 4.

Matth. 6.

Luce. 8.

1. Infr. 22.

vocabant. Respondeo, Christum Dominum prædictis verbis solum cõdemasse inane quoddam, & gentilitium in orando multiloquium. Ethnici enim suos Deos perinde precabantur, ac si essent homines erroribus, perturbacionibus, ac cæteris humanæ naturæ miserijs subiecti. quapropter ut duros, aut aliàs difficiles, blanda oratione inflecterent, absentes voce contentiore aduocare: causæ statum nescientibus aperire; aliud denique agentes cohortatione attentos reddere conabantur; ac proinde multis verbis utebantur. Vnde Elias Propheta per risum dicebat ad Prophetas Baal: *Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuerso foris est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur.* Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultus, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Dominus itaq; non omne multiloquium inhihet, sed tantum gentilitium, aut illi cognatum, ac simile. Et ideo ait: *Nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt.* Cuius rei causam, cur nimirum illi multa temerè verba profunderent, subiicit: *putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.* quasi dicat, non alia illi de causa prolixius orat, quàm ve inuitos, auersos in sententiam suam pertrahant; vel ut ignaros de causis, vel indigentia suæ statu certiores faciant. Ac propterea subiungit: *Nolite ergo assimilari eis; sicut enim Pater vester, quid opus sit vobis, antequam petitis eum, quasi dicat, vobis, qui causam agitis apud Deum, qui vbique præsens est, omniaque scit, priusquam fiant, nõ opus est multis verbis, sed ijs solum, quibus vota vestra, & desideria deprecemur, eiusque potentiam, clementiam, & misericordiam vos profiteri declaretis, & pietatis, ac religionis studium in vobis ipsis ardentius excitetis. Tunc igitur in nostris oracionibus multiloquium erit dånatum à Domino, cum Deum perinde, ac hominem in nostram sententiam pertrahere conabimur, quasi a litera nobis flecti non queat. Deinde, cum inter orandum ytemur verbis curiosè, & nimium affectatis. Absit ab oratione, scribit Augustinus, multa locutio, sed non desit multa petitio, si seruus perserveret intento.*

Septimò quæritur, An certa, & definita sit verborum formula, qua vti in orando debeamus? Non desuere qui crediderint, solis illis verbis, quæ Christus in Evangelio præscripsit, perpetuo esse vtendum in orationibus, ob illa eiusdem Domini verba: *Sic ergo vos orabitis.* Et Cyprianus: *Aliter, inquit, orare, quàm Christus docuit, non solum ignorantia est, sed etiam culpa.* At enim ipse Christus, & Apostoli ab eo docti, non solum dominicæ precacionis formula vti sunt inter orandum, sed etiam alia, vt patet ex Evangelio: *Pater mi, ait Christus, si possibile est, transeat à me calix iste.* Rursum: *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* Item: *Pater dimitte illos, non enim sciunt, quid faciunt.* Apostoli verò sic etiam Deum precabantur: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus vnum.* Ecclesia item pro rerum, ac temporum varietate varijs de more precacionibus vti consuevit. Quare cum Dominus ait: *Sic ergo vos orabitis,* aduerbium, sic, ad rerum potius petendarum, quàm ad verborum similitudinem referendum est: Vt, sic orabitur, perinde sit, ac si diceretur: *Orantes similia petitis, siue his, siue alijs verbis.* Et eodem sensu ac-

ciendum est, quod dixit Cyprianus: ipse enim, & Augustinus docuere, quicquid piè, iusteq; peti potest, hoc totum Christum Dominum in sua illa oratione complexum fuisse, ita vt nihil desiderari, aut peti queat, quod ad aliquã Dominicæ precacionis partem reuocari non possit.

Octauò quæritur, Qua lingua, quoque sermone quisque vti inter orandum debet, num Latino, num Græco, an vernaculo? Respondeo, eos, qui preces Horarias canonicas ratione Beneficij Ecclesiastici, vel Ordinis, vel Religionis publicè decantant, aut priuatim recitant, Ecclesie legibus se accommodare oportere, ac proinde in his precibus fundendis, eo sermone vti debet, qui est decreto Ecclesiæ constitutus. Qui verò priuatim, ac liberè orant, cõsultius facerent illi quidem, si ea lingua, & sermone mentem suam coram Deo effunderent, quã rectius callent; affectus enim consequitur intellectum; vbi autem nullus earum rerum, quæ petuntur, vel dicuntur, habetur intellectus, aut generalis tantum, ibi exiguus affurgit affectus; quare nisi aut lex scripta humana, aut mos gentis patrius obstat, homines literarum rudes, & ignari rectius faciunt, si precacionem dominicam, & salutationem Angelicam vernacula lingua ad discant, quam si quamuis aliam externam, vel peregrinam ad eam rem adhibeant.

Vltimò quæritur, An qui lethalius peccatis obstrictus orat, peccet? Quidam id affirmant tum de eo, qui priuatim orat, tum de illo, qui publicè precatur, quoniam indignè orat, cū sit peccato lethali pollutus. Alij verò senserunt eum, qui publicè orat, cum lethali peccato tenetur, peccare, sed non eum, qui priuatim precatur: si qui dem ratione muneris, quo publicè quis orat, debet orare absq; lethali peccato. Alij non in vniuersum id ita cõsent de eo, qui publicè orat, sed de eo, qui cum sit lethali peccato publico inquinatus, publicè orat. Sed cõmuni est sententia receptum, nullum eorum præcisè orando peccare, quoniam nec lex vlla scripta, nec ratio firma cogit, nos ita sentire; quod si peccat publicè orando, qui publicis sunt peccatis obstricti, id erit ratione offensio nis, quam præbent, non præcisè, quia orent publicè, & publicis peccatis teneantur.

Cap. XXXV.

De Oracionis necessitate.

PRIMO quæritur, Quanta sit Oracionis necessitas? Duo in hac re sunt errores extremi; nam quidam Oracionis vim, & necessitatem nimium extollunt; alij verò vsum, robur, & firmamentum illius nimium deprimunt. Messaliani, siue Psalliani, teste Augustino, censebant semper esse nobis orandum, ac tantum virium Oracioni tribuebant, vt eam solum, cæteris omnibus exclusis, ad salutem sat esse contenderent, & Diuinam prouidentiam, & ab eo ordinem constitutum precibus mutare posse faterentur. Id probabant primùm inde: *Oportet semper orare, & non desicere.* Deinde, quia homo ne cadat in mala, aut vt lapsus resurgat à malis, semper eget Diuinæ gratiæ præsidio, quæ sine precibus non impetratur. Item, quia Christus dixit: *Quicquid orantes petitis, credite, quin accipietis.*

De Hæresib. hæresi 57. ex Epiph. cõtra Hæres. hæresi 80. Luc. 18.

Secd errabant isti omnino. Nam quod aiebant de continua oratione semper fundenda; id à ratione prorsus alienum est, illud verò: *Oportet semper orare, & non desicere*; & *Sine intermissione orate*, vt supra ex Augustino alijsque monuimus, hunc habet intellectum: Vt statis videlicet, ac certis temporibus quotidie diuinam opem inuocemus, siue id mane, siue vespere, siue alia qualibet diei parte faciamus. Quod verò etiam aiebant, ceteris omnibus semotis virtutum praesidijs, vel vnà ipsam sufficere precatione ad salutem: cum ipsis manifestè Scripturis pugnat. *Nisi quis renatus fuerit*, Christus inquit, *ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. Et: *Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis*. Item: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. *Nisi abudauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum*. Rursus: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, &c.* Et: *Si non dimiseritis hominibus (peccata eorum) nec Pater vester dimiset vobis peccata vestra*. Praeterea, absurdum est dicere, Deum nostris precibus mutari: neque enim Deum tanquam hominem rogamus, vt eū à sua voluntate reuocemus, sed vt prouidentie illius ordinem exequamur; hoc est, vt id precationum nostrarum interuentu fiat, quod orantium opera, & ministerio fieri, & esse, Deus, ab omni aeternitate decreuit. Statuit enim Deus hoc, aut illud fieri; voluit tamen, vt id nostra oratione, & precibus assequeremur; constituit facere quid in ille, sed per orationes nostras. Oramus itidem, vt nos ipsos ad pietatis studium excitemus, vt nos dignius praeparemus ad impetrandum, quod volumus, & optamus.

Alij verò ad alterum extremum inclinantes, asseriebant superuacuas esse preces nostras: nam Deus scit, qua re indigeamus, nec precibus nostris flecti, aut moueri potest, & siue oremus, siue fecus faciamus, illud est omnino euenturum, quod constituit Deus. Ceterum hi etiam errabant, quoniam multa facere Deus decreuit, sed non nisi huius, vel illius precibus euentura. Oramus igitur, quò id exequamur, & praestemus, per quod Deus ex omni aeternitate definiuit, vt hoc, aut illud futurum esset. Praesertim, quod etiam oramus non solum, vt impetremus, sed etiam vt amplius mereamur, & peccatorum poenas exoluamus. Non ergo Diuinæ prouidentiae constitutus ordo nostris orationibus mutatur: sed quod est Diuina prouidentia ab infinito tempore decretum, nostrae preces exequuntur. Congingit tamen interdum, vt Diuinæ comminationes, vel denuntiationes non sint absolutae, sed certae conditioni adstrictae: & tunc etiam precibus nostris clades, & mala, quae Deus comminatus fuerat, aliqui euadunt. Siquidem in comminationibus illis condicio herebat, ea mala huic, vel illi euentura, nisi eorum preces interuenissent. Oramus itidem Deum, non vt ei quasi nescienti nota faciamus desideria, & vota nostra, sunt enim omnia ipsi manifesta, & per se facta, sed vt nos ipsos digniores reddamus. Hinc exstimare nobis licet, plurimum interesse inter preces eas, quibus Deum oramus, & illas, quibus hominem precamur. Rogamus enim hominem, vt eum à sua sententia reuocemus, & ad nostram flectamus, ac proinde facimus, vt incipiat velle, quod

antea non volebat; item, vt incipiat scire, quod antea nesciebat. Deum verò non sic oramus: nec enim precibus nostris incipit, velle, vel nolle, quod prius non volebat, aut ignorabat.

Obijciunt, aliquos ex Patribus dicere solitos, Deum Sanctorum precibus flecti, moueri, sententiam mutare. Respondeo, eos nihil aliud significare velle, nisi, Deum ob huius, vel alterius orationem facere, vel concedere, quod absque eiusmodi oratione effecturus, concessurusue non erat. Exempli causa, Deus ab aeternitate Paulum ad se conuertere constituerat, sed non absque Stephani precibus, vt Augustino placet, & alijs: Dicitur aliqua ratione potest, Stephanum sua prece Deum quodammodo flexisse, siquidem Deus ob Stephani precem id fecit, quod absque illa facturus non erat, & quod per illam facere iam olim ante conditum mundum decreuerat. Non enim tunc primùm cum Stephanus preces fudit, moueri Deus coepit, sed ab infinito tempore id per eas preces praestare statuerat: atque hoc idem de ceteris est similibus iudicandum.

Secundò quaeritur, Quenam sint à Deo oratione postulanda? Ex definitione Orationis, quam Damascenus assignat, perspicuum est, nihil aliud esse à Deo petendū, nisi quòd honestè, ac iure optimo peti potest. Ait enim, Orare esse, decentia à Deo petere: porro decentia omnia, quae sub iusta petitionem quauis ratione cadunt, vniuersè ad duo capita referri queunt; Ad mali depulsionem, & boni adeptionem: in his enim duabus rebus felicitas perfecta consistit. Bonum autem, quod iuste petitur, generatim est bipertitum: Aut enim est simpliciter, & per se bonum, aut quadam tantummodo ex parte. Hoc bonum, & malum vsum admittit, illud bonum tantummodo. Absolutè, & simpliciter bona sunt, peccatorum venia, vita aeterna, fides, spes, charitas, gratia, ac ceterae virtutes morum, & Spiritus sancti dona, quae charitatem comitantur. Non sunt verò absolutè, & per se bona: reliqua naturalia, siue ea sint interna animi, vel corporis bona, cuiusmodi sunt agilitas, robur, vires, valetudo, sanitas, pulchritudo, ingenij perspicacitas, artes, disciplinae; siue externa, vt sunt amicitiae, opes, liberi, magistratus, dignitates, honores, potètia, principatus, Principum gratia, ac cetera generis eiusdem. In hoc genere reponuntur etiam quaedam supernaturalia dona iustis, & peccatoribus communia, quales sunt gratia gratis datae, donum linguarum, interpretatio sermonum, gratia sanitarum. Prioris generis bona absolutè petenda sunt, vt constat ex Oratione dominica. Nam simpliciter petimus: *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, &c.* quod idem patet ex alijs Scripturae locis. Legimus enim: *Ostende (nobis Domine) faciem tuam, & salui erimus: Dirige me in semitam rectam*. Item Ecclesia absolutè orat, *Omnipotens sempiterna Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum; & vt mereamur assequi, quod promittis. fac nos amare, quod precipis. Cetera, quae sunt quaedam ex parte bona, petere quidem licet, sed non absolutè, verum adhibita conditione expressè, vel tacitè, quatenus sunt utilis, vel necessaria ad ea, quae sunt per se simpliciter bona, consequenda. Et quia oppositorum aequa ferè est ratio, vt duplicis ordinis, & rationis est bonum,*

ita du-

Ioan. 3.
Luc. 13.
Ioan. 13.
Matth. 5.
Matth. 18.
Supra 6.

Añ. 7.
In form. a.
de 5. Sta.
phani 6.
8. Tit. 1.
9. 2. ar. 1.

Matth. 6.

Psalm. 79.
Psalm. 24.

ita duplicis quoque generis est malum, unum simpliciter per se, & omnino malum; alterum, quædam ex parte. Præter generis, est peccatum; posterioris verò, pœna, quæcumque tandem sit illa, & vnde cumque proveniat, siue ex peccato originem trahat, siue à Deo irrogetur, siue à Dæmone, & alijs hostibus inferatur. Simpliciter petimus à Deo, ut à prioris generis malo nos eripiat: à malo verò pœnæ, ex conditione petimus, ut libere-

Matth. 6.
1. 20.

mur. Vnde in Oratione Dominica absolute petimus: *Dimitte nobis debita nostra.* Et: *Libera nos à malo.* Christi exemplo docemur quædam, non nisi ex cōditione petere; Qui cum postulare, ut à se calix transfret; rem totam in Patris voluntatem reiecit. Verum tamen, inquit, non mea, sed tua voluntas fiat. Dices, Christum inhibere bonorum temporariorum petitionem, cum ait: *Nolite solliciti esse dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; hæc enim omnia genies inquirite; scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis.* Respondeo, non prohiberi à Domino illis verbis rerum temporalium petitionem, sed nimiam, & anxiam de huiusmodi bonis sollicitudinem, quæ perturbat animum, & viam munit ad certa peccata. Vix enim à fraudibus, dolis, & alijs similibus vitijs, & peccatis sese continet, qui opibus congerendis anxie, & sollicitè studet.

Tertio queritur, An nobis licet optare, quicquid petere oratione, fas est; & contra, an ius nobis sit precibus petere quicquid desiderare liberum nobis est. Respondeo, id licere, vel absolute, vel adhibita conditione. Vnde suam, vel alterius mortem nefas nō est desiderare, & petere, si magis aliquid, & iustæ huius desiderij, & petitionis causæ existant, eaque apposita conditione, si Deo ita visum fuerit, vel si morituri illius hominis saluti id expediuerit. Vno, vel altero exemplo rem declarabo. Est quispiam bene sibi conscius, metuit, ne ab eo securæ metris statu decidat, minimè peccat, si cum Paulo dissolui cupiat, & esse cū Christo, veritus, ne si diutius viuat, in Dei offensam incurrat. Similiter audit quis aliquem plurima Ecclesiæ, vel Republicæ damna inferre, vel quia tyrannus est, vel hæreticus, vel Christiani nominis insectator; petit hic abiq; peccato, si nunquā alioqui ad saniorē mentē est rediturus, sed additurus semper mala malis, ut Deus illum è medio tollat, ne vel pluribus sceleribus sese obstringat, vel pluribus noceat. Sic etiam novit quis aliquem lubricæ esse vite, & peccatis assuetum; hoc tamen tempore per veram pœnitentiā ad Deum conuersum, non peccat, si orauerit, ut Deus prius illum hinc ad se euocet, quam denuò in pristinas peccatorum sordes relabatur. Pari ratione, quia probabile sit, infantes, qui apud hæreticos, & schismaticos nascuntur, omnino perituros, si apud ipsos adoleuerint, vitæq; finem fecerint, nō peccat quis cupiens, vel petens, ut antequam rationis usum accipiant, hinc abripiantur. Nullo tamen modo ad huiusmodi cædem consilium dare vel auxilium afferre licet alicui: nam qui id faceret, Dei auctoritatem sibi usurparet, & Republicam non solum perturbaret, sed infantum cædibus oppleret.

Quarto queritur, Cur cum à Deo aliquid oratione nobis alijscie petimus, Psalmos, & alia ex

sacris literis desumpta recitamus, in quibus nullum est verbum, quod ad petitionem nostrā pertinere videatur? Verbi gratia, cū peccatori veniam postulamus, quid nobis prodest recitare Psalmum, qui incipit: *Quare fremuerunt gentes, vel, Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: vel, Attendite popule meus? Respondeo, hæc à nobis recitari, ut vel affectus amoris in Deum, vel propriæ humilitatis, infirmitatis siue, vel pietatis, vel alius similibus excitetur in nobis, ut sic digniores, aptioresq; reddamur, ad id, quod petimus impetrandū. Multa igitur orando recitamus, non quia id, quod cupimus, vel perimus contineant, sed ut bene nos erga Deum afficiant, & excitent. Et quamvis nullam petitionē includant, habent tamen vel laudem Dei, vel rerum gestarū narrationem, vel aliquid simile, quo mens accēditur ad alicuius virtutis studium, & amorem, & eo ipso ardentius petit, & citius, quod cupit, impetrat.*

Psalm. 2.
Psalm.
Psalm. 77.

Caput XXXV.

De Conditionibus in Oratione ad impetrandum requisitis.

PRIMO queritur, Quor, & quæ requiratur Oratio ut impetret, & assequatur, quod petit? Respondeo, ut is, qui orat, mereatur, vel satis faciat pro peccatis, satis esse, si sit Oratio iusti hominis Dei charitate præditi: at verò ad impetrandum, quod petimus, non satis est, si ex charitate postulemus. At ex alia parte Christus ait: *Amen dico vobis si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et alibi: *Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Rursum: *Quodcūq; volueritis petitis, & fiet vobis.* Respondeo, aliquid requiri ex parte eius, qui petit, aliquid ex parte Dei, à quo petitur, aliquid ex parte rei, quæ petitur; & deniq; ex parte eius, pro quo precatur quis. Ex parte petentis, necesse est, ut quis piè, & religiosè petat; is verò sic petit, qui cū fide, & spe, & animi submissione, & recto voluntatis affectu, & studio petit. Oportet igitur primū, ut Oratio ex fide, & spe maneat, ac surgat: non est autem fides, qua orans credat se omnino impetraturum, quod petit, sed qua credat Deum posse præstare, & velle, quod ipse petit. Opus igitur est, ut credat Deum sapientem, qui cuncta noverit, & sciat rationes, & modos, quibus possit facere, quod petitur: esse omnipotentem, qui possit facere, quod novit, esse bonum, qui velit largiri, quod petimus; esse iustum, qui nocere nolit, sed potius prodesse cupiat, & velit. Vnde in orationibus sacræ literæ huiusmodi fidem frequenter requirunt, Iacobus: *Postulet autem in fide, nihil hesitans.* Apud Matthæum ait Dominus: *Si monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mare, fiet.* Apud Marcum cuiusdā petenti liberationē filij sui à Dæmone, dixit Dominus: *Si potes credere, omnia possibilia sunt crediti.* Hac pertinet illud Augustini: *Si fides desit, oratio pergit.* Et illud Bernardi: *Cælesti benedictione indignus cōtinetur, qui Deum dubio querit affectu, illud itidem Ignacij: Noli dubio esse animo in Oratione; beatus est, qui nō dubitauerit.* Vnde Petrus Apostolus, qui precibus à Domino impetraverat, ut pedibus super aquam adveniret, cum venti procellam inter ambulandum animaduertisset, statim animo cōcidit, mergiq; cœpit; ac proinde audire meruit eā vocem:

Ioan. 15.

Matth. 21.
Ioan. 15.

Iacob. 1.
Matth. 25.

Marc. 9.

Catechif.
Roman. ex
Augustino
Ignatio.
Matth. 14.

Roman. 4.
Genes. 18.

Modice fidei, quare dubitasti? Contra Abrahamus, teste Apostolo, contra spem in spē credidit; & non infirmatus est fidei: nec consideravit corpus suum iam emortuum, cum ferè centum esset annorum, &c. Porò fidem, quæ summam Dei virtutem, & potestatem, sapientiam, benignitatem, clementiam, & misericordiam, ac iustitiam nobis oculos ponit, consequitur spes, ac fiducia quedam, qua is, qui orat Deum, omnia bona, quæ iuste petiverit, sese impetraturum sperat: & certam, ac firmam hanc impetrandi spem, atque fiduciam multa faciunt: in primis ipsa propèsa in nos Dei promissis exoluendis constantia; numerus eorù, voluntas; summa eiusdem in omnibus dictis, & qui Deum exorantur, penè infinitus: tum verò summus ille precator, qui nobis semper præstò adest Christus Dominus, de quo Ioannes ait: Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio, pro peccatis nostris. Paulus quoque; Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Et deinde: Unus est Deus, unus & Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Idem rursus: Debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. Denique spem nostram roborat ipse Spiritus Sanctus, qui est nostræ precatiois auctor: Accipimus enim Spiritum adoptionis Filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater. Quod si qua interdum titubatio obreperit; voce Apostolorum dicamus: Domine, adauge nobis fidem.

1. Ioan. 2.

Christum iustum: & ipse est propitiatio, pro peccatis nostris.

Roman. 8.

Paulus quoque; Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

1. Timo. 2.

Unus est Deus, unus & Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.

Hebr. 2.

Idem rursus: Debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.

Roman. 8.

Denique spem nostram roborat ipse Spiritus Sanctus, qui est nostræ precatiois auctor: Accipimus enim Spiritum adoptionis Filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater. Quod si qua interdum titubatio obreperit; voce Apostolorum dicamus: Domine, adauge nobis fidem.

Luc. 17.

Secundò quæritur, Quenam sit alia animi preparatio ad orandum? Respondetur, alium ad orationem gradum esse verè humilem, & demissum animum: qui enim ad Deum orandum accedit, intelligat se non modo dignum nõ esse, qui quippiam impetret ab eo, sed qui nec in eius quidem conspectum veniat oraturus. Vnde illud: *Respexit in orationem humilium, & non spernit preces eorum.* Et: *O ratio humilitatis se, ubi penetrabit.* Cuius rei duo nobis suppetunt præclara in sacris literis exempla. Est enim Publicanus ille notissimus, qui longè confisitens oculis humo tollere non audebat. Est & mulier illa peccatrix, quæ cordis dolore commota, lacrymis pedes Christi Domini perfudit, uterque, quantum afferat orationi pondus humilitas, declaravit. Cognata est humilitati delictorum, & scelorum admissorum recognitio, & detestatio: quam sequitur angor quidam in eorum recordatione, vel saltem aliquis doloris sensus, quem iure capere debemus ob eam causam, quòd dolere non possimus.

Psal. 101.

Eccles. 35.

Luc. 18.

Supra 7.

Tertiò quæritur, Quenam sint scelera, quæ præcipuè, ac specialiter obstant, quò minus in Oratione Deus postulata nobis concedat? Respondetur, ea ex sacris literis colligi, cuiusmodi sunt *cædes, illata vis, rapina, infortium oppressiones.* Vnde manus continere debemus à cæde, & sanguine, crudelitate, & violentia. Notum est illud Isaie: *Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaveritis orationem, non audiam: manus enim vestrae sanguine plena sunt.* Fugienda est etiam ira, ac dissidium, quæ magnopere impediunt, ne preces audiantur; de quibus est illud Apostoli: *Nolo viros orare in omni loco, tenentes puras manus, sine ira, & disceptatione.* Cauendum est præterea,

Isaia 7.

1. Timo. 2.

ne nos implacabiles cuiquam præbeamus in iniuria; nam sic nobis affectus Deus non ignoscit. *Cum stabitis; inquit Dominus, ad orandum, dimittite si quid habebitis adversus aliquem. Et: Si non dimiseritis hominibus, nec Pater meus dimittet vobis peccata vestra.* Videndum quoque est, ne duri simus, & inhumani ad nos egentes, nam in huiusmodi homines dictum est: *Qui obrutat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Est itidem vitanda animi superbia, in quam illud dicitur: *Deus superbis resistit, humilibus autem dicit gratiam; & divinum oraculorum contemptio, atque despectus, in quem tendit illud Salomonis: Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Quare fide, & spe instructi, & erecti à Deo operata consequemur, cum ad ipsius Dei legem, ac voluntatem omnem mentem, actionem, & orationem nostram conformabimus. *Si manseritis, ait Dominus, in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Ex quo fit, ut ad impetrandum à Deo, quod petimus, præter fidem, spem, humilitatem, & peccatorum odium, & detestationem, necessaria maxime sit iniuriarum oblitio, benevolentia, & propensa, ac benefica voluntas in proximis. Est etiam necessaria in orando assiduitas. Sæpe enim Dominus, quæ dare vult, differt, ut ardentius petamus. Vnde Augustinus: *Ipse Dominus, inquit, qui dare vult, differt dare, ut amplius desideret, quod differitur, & ut desiderando capax inveniatur, ut cum venerit, amplius impleatur.* Et iterum ait: *Qui nos hortatur, ut petamus, & cui displicet si non petimus, si aliquando tardius dat, commendat dona sua, non negat ea, quoniam diu desiderata dulcius obtinentur: data à Deo cito, contemnantur, & vilescunt.* Notum est illud exemplum Christi apud Lucam de eo, qui rogavit amicum, ut sibi tres panes commodato daret; qui cum primum repulsam patereur, perseverans tandem obtinuit, quod petebat.

ne nos implacabiles cuiquam præbeamus in iniuria; nam sic nobis affectus Deus non ignoscit. Cum stabitis; inquit Dominus, ad orandum, dimittite si quid habebitis adversus aliquem. Et: Si non dimiseritis hominibus, nec Pater meus dimittet vobis peccata vestra. Videndum quoque est, ne duri simus, & inhumani ad nos egentes, nam in huiusmodi homines dictum est: Qui obrutat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Est itidem vitanda animi superbia, in quam illud dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autem dicit gratiam; & divinum oraculorum contemptio, atque despectus, in quem tendit illud Salomonis: Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quare fide, & spe instructi, & erecti à Deo operata consequemur, cum ad ipsius Dei legem, ac voluntatem omnem mentem, actionem, & orationem nostram conformabimus. Si manseritis, ait Dominus, in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Ex quo fit, ut ad impetrandum à Deo, quod petimus, præter fidem, spem, humilitatem, & peccatorum odium, & detestationem, necessaria maxime sit iniuriarum oblitio, benevolentia, & propensa, ac benefica voluntas in proximis. Est etiam necessaria in orando assiduitas. Sæpe enim Dominus, quæ dare vult, differt, ut ardentius petamus. Vnde Augustinus: Ipse Dominus, inquit, qui dare vult, differt dare, ut amplius desideret, quod differitur, & ut desiderando capax inveniatur, ut cum venerit, amplius impleatur. Et iterum ait: Qui nos hortatur, ut petamus, & cui displicet si non petimus, si aliquando tardius dat, commendat dona sua, non negat ea, quoniam diu desiderata dulcius obtinentur: data à Deo cito, contemnantur, & vilescunt. Notum est illud exemplum Christi apud Lucam de eo, qui rogavit amicum, ut sibi tres panes commodato daret; qui cum primum repulsam patereur, perseverans tandem obtinuit, quod petebat.

Quartò quæritur, Quo pacto Deus exaudit preces clamatum ad se in omnibus, quæ iusta, ac debita animi preparatione deposcunt, cū tam multi minime exaudiuntur? Martyres enim medijs in tormentis clamabant, & Paulus itidem orabat, ut stimulus carnis à se discederet, nec tamen undiebat. Respondet Augustinus eos audiri, non tamen semper ad voluntatem ipsorum, sed ad utilitatem, quæ est salus hominum, & gloria Dei, quod duplici exemplo declarat. Medicus, inquit, fecit, scindit, vrit vulnè, clamat ægrotus, nec medicus tollit manum, nisi secuerit quantum putat expedire: nõ propterea crudelis est medicus, aut clamantem infirmum non exaudit, quia à secando non cessat. Si enim vulneri parceret, capere, & vita periclitaretur ægrotus. Matres itidem solent in balneis confricere pueros ad eorum salutem: inter earum manus parvuli clamant, nec tamen à fricando matres manus abstant. Sic Deus tanquam medicus salutaris, & tanquam benignus pater, petita non concedit, ut sanet, ut in perpetuum ignoscat: ut erudiat, & ut merita nostra auctiora, & copiosiora reddat. Secat, & vrit hic, ut in futuro parcat: denegat postulata, ut longe utiliora, maiora, & meliora concedat. Putant orantes se non exaudiri, quia petita non impetrant: nesciunt tamen se fructuosiora, magisque salutaria recipere.

Matt. 6. libent.

Prover. 21.

Iacob. 4. 1. Et. 1.

Prover. 21.

Ioan. 7.

Luc. 11.

2. Cor. 12. in lib. sententiarum Prover.

Caput

Cap. XXXVII.

Breuis admodum, & simplex Orationis
Dominicæ explicatio.

PRIMO quæritur, An precatio Dominica sit ceteris omnibus precationibus excellēior? **R**espondeo, ceteris omnibus præstare auctoritate, breuitate, perfectione, ordine, efficacitate, necessitate. Auctoritate quidem, quia est à Christo Domino instituta: breuitate, quia paucis verbis multa complectitur: perfectione, quia nihil est, quod à Deo precari, & petere possimus, quod in hac Domini oratione non continetur: ordine, quia mirabili quadam dispositionis serie petitiones in ea se inuicem consequuntur. Primum, cælestia, & æterna bona postulantur: deinde bona temporaria primum, quæ ad Dei honorem, cultum, regnum, & obedientiam spectant: postea, quæ ad nos pertinent. Efficacitate, quia Patri gratior est, & magis accepta oratio composita à Filio, in quo ipse sibi complacuit. Necessitate, quia quotidie ea uti oportet, cum, quicquid est nobis ad salutem necessarium, in ea petatur. Vnde Clemens testatur eam à nobis ter quotidie frequentandam: & in Concilio Toletano 4. cap. 9. dicitur: *Nonnulli Sacerdotum in Hispania reperuntur, qui dominicam orationem, quam Seruator noster docuit, & præcepit, non quotidie, sed tantum die dominica dicant. Et quia sine intermissione, ut oremus, Apostolus docuit: qualiter autem oremus, Christus præcepit, dicens: Cum autem oratis, dicite, Pater noster qui es in cælis: Quomodo ergo quotidie non dicatur, quod sine intermissione dici iubetur? Nam in tantum quotidie hæc Oratio dicenda est, quantum & ipso iudicio vultur, dum vocatur Oratio quotidiana. Et deinde testimonij Cypriani, Hilarij, & Augustini probat, hæc Orationem dici quotidianam: & ex Augustino colligit eam, quotidianam, ac minima peccata delere. Tandem concludit: *Quisquis ergo Sacerdos, vel subiacentium Clericorum hæc Orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in privato officio præterierit, propter superbiam iudicatus, Ordinis sui honore priuetur.* Et in Concilio Rhemenſi sub Carolo Magno can. 2. statuitur, ut orationem, quam Dominus noster Discipulos suos orare docuit, omnes discerent, & sensa bene intelligerent: quia illam ignorare nulli Christiano licet. Hæc ibi.*

Secundo quæritur, An septenario numero petitionum precatio dominica consistat? **Q**uidam existimant sex tantum petitiones in ea contineri: tum quia in illis verbis: *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, vna tantum petitio comprehenditur: si enim duo essent, ac inter se diuersa, coniunctione copulatiua, non aduersatiua ea verba conuincerentur: Et ne nos inducas in tentationem: Et libera nos à malo. Tunc etiam, quia idem significare ea verba videantur, & Lucas solùm habet: *Et ne nos inducas in tentationem.* Sed Augustinus tribus in locis planè docet in Oratione dominica apud Matthæum septem petitiones contineri; in quarum tribus primis æterna, inquit, postulantur; in reliquis quatuor, temporalia: quæ tamen propter æterna consequenda, sunt necessaria: & accommodat etiam septem petitiones septēdonis Spiritus sancti, & septē quoque beatitudinibus. **E**uangelista verò Lucas petitiones non septem,*

sed quinque complexus est; qui tamen, eodem teste Augustino, nequaquam à Matthæo dissentit, sed quo modo sint intelligenda, ipse sua breuitate commonuit. Nam tertiam petitionem duarum esse quodammodo repetitionem ostendit; & propterea eam præmittendo nihil à B. Matthæo discrepat. Et quod Matthæus in vltimo posuit: *Sed libera nos à malo.* Lucas non posuit, ut intelligeremus ad illud superius, quod de tentationibus dictum est, pertinere. Ideo quippe ait: *Sed libera nos: non ait, & libera,* tanquam vnã petitionem esse demonstrans: Ut sciat vnusquisque se liberari à malo, cum non inferatur in tentationem. Hactenus ex B. August. no. Quibus ille verbis videtur significare, quinque tantum re ipsa petitiones in Oratione dominica contineri; quamuis Matthæus septem expresserit. Beda, Anselmus, Rupertus, Sanctus Thomas, Bonauentura, & alij Theologi, vno ore testantur, septem esse precationis Dominicæ petitiones: licet antiqui illi patres Cyprianus, Ambrosius, Nyssenus, Chryostomus nihil expressim de numero tradiderint, sint ne septem, an sex, an quinque.

Tertio quæritur, An recto ordine in Oratione Dominica septem petitiones ponantur? **R**espondeo, precationem dominicam in proœmio, & postulationibus consistere. Proœmium, si verba spectentur, breuissimum est, in tribus nempe verbis consistens: *Pater noster, qui es in cælis.* Si res ponderentur, grauissimum, & mysteriorum plenissimum. Prima vox est, *Pater*, hæc voce Christus Dominus uti nos voluit, quæ orantibus, & aliquid à Deo postulantiibus, indulgentiam, spem, & fiduciam designat, & amorem, ac charitatem conciliat. Potuisset Christus sanè aliud Dei nomen adhibere, quod haberet plus maiestatis, exempli causa, Creatoris, Gubernatoris, Rectoris, Domini, Altissimi, Omnipotentis, ac similia; hæc tamen omisit, quod timorem nobis asserere possint. Patris verò nomen est gratissimum, suavissimum, & iucundissimum. Porro Patris nomē conuenit Deo ratione creationis, cōseruationis, gubernationis, & redemptionis. Nimirum ille nos ex nihilo finxit, & condidit, cōseruat, tuetur, regit, gubernat, resque nostras procurat, & tandem cum peccatores essemus, nos sibi reconciliavit, in pristinam dignitatem, & gratiam restituit, Spiritum sanctum, & charitatem largitus, quo munere Dei filij adoptamur. Vnde Apostolus Paulus: *Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.* Et Ioannes. *Fidei, inquit, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filij Dei nominemur, & simus.* Hoc eodem verbo admonemur, quid ipsi vicissim Deo amantissimo Patri nostro debeamus, nimirum, amorem, pietatem, obedientiam, cultum, honorem, & venerationem. **A**dmonemur item, quæ spe, & fiducia illum inuocare oporteat: quare in rebus aduersis, & calamitosis ad Deum tanquam patrem confugiendum nobis est: neque enim cum malis exercemur, id signum est amari, & voluntatis eius à nobis abalienatæ, quia cum percutit, ipse sanat, & plagis inflictis ipse medetur. Castigat peccantes, ut ea disciplina meliores reddat, & præsentem animaduersione

In Enchir.
cap. 116.

Matth. 6.

Lib. 7. con.
tra. 23.

Thom. 2.
Matth. 6.

In Enchir.
cap. 116.
117. & lib.
2. de serm.
Domini in
monte, ca.
127. 18.

redimat ab exitio sempiterno. Nec putandum est Deum unquam nostri obliuisci. Est enim in Exodo: *Tentauerunt Dominum dicentes: Estne Deus in nobis, an non?* Et apud Ezechielem succenset suo populo Deus, eo quod dixerit: *Non videt Dominus nos; dereliquit Dominus terram. Et apud Isaiam conqueritur. Dixit Sion: Dereliquit me Dominus, et oblitus est mei. Cui Dominus: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Quare qui à Domino corripuntur, se ipsos consolentur, eo quod in Apocalypsi dicitur: *Ego quos amo, corrigo, & castigo;* & eo, quod Paulus ait: *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, nec fatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat. Nec putandum est, Deum mala nostra ignorare, cum scriptum sit: *Capillus de capite vestro non peribit; & Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.***

Quartò queritur, Cur in oratione Dominica dicatur, *Noster*. Respondeo, vt cum Patrem nostrum inuocamus, singuli doceamur, eo ipso consequi necessariò, vt fratres simus omnes, ac proinde nos ipsos fraterno amore coplecti debere: omnes, inquit, Christus, *vos fratres estis, vnus est enim Pater vester, qui in caelis est.* Ex quo etiam efficitur, vt ipsius etiam Christi fratres nominemur, & simus: *Non confunditur, ait Apostolus, fratres eos vocare, dicens, Narrabo nomen tuum fratribus meis: & ipse Christus suscitatus à mortuis dixit mulieribus. Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galileam: ibi me videbunt, Admonemur itidem, quamuis in Ecclesia diuersi sint officiorum gradus, & diuersa membrorum functiones, non alium tamen Patrem Deum, habere copiosos, & potentes homines, alium tenuiores, & infirmiores. Quare diuites iure nequeunt inopes, & abiectos delpicere.*

Quintò queritur, Cur dictum sit, *Qui es in caelis*, cum vbiq; locorum, & gentium sit Deus? Respondeo, ideo hoc dici, quia in diuinis scripturis saepe dicitur Deus habere domicilium suum in caelo, non quod loci alicuius finibus circumscribatur, hoc est, quod in vno loco sit, in alio non item, cum omnia sua virtute, & potestate, natura, substantia, & presentia repleat: sed quod caeli, quos suspicimus, sint nobilissima Mundi pars, ij deniq; incorrupti, vi, magnitudine, sublimitate, efficacitate, pulchritudine praestantes reliquis corporibus, certis, ac stabilibus motibus praediti: quibus omnibus excitamur ad contemplandam infinitam, & immensam Dei potestatem, & maiestatem, ac proinde ad agnoscendam nostram humilitatem, & exiguitatem, ad appetenda item caelestia, hoc est, sempiterna bona.

Sextò queritur, quidnam contineat prima Precautionis dominicae postulatio: *Sanctificetur nomen tuum*, Docemur ea, primum querere, quae ad Dei cultum, honorem, & venerationem spectant: quoniam plus Deum, quam nos ipsos diligere debemus: & ideo primum petere, quae Deo cupiamus, deinde, quae nobis optemus. Petimus igitur, vt Dei nomen notius sit gentibus, vt eius regnum amplifcetur: vt plures quotidie obediant Deo, quae tria, Nomen, Regnum, obedientia, non sunt bona in ipso Deo, sed assumuntur extrinsecus. Cui ergo petimus, vt sanctificetur nomen Dei, id sentimus, vt in hominibus augeatur sanctitas, & glo-

ria Diuini nominis, neque enim vlla sanctitas est, qui ab omni aternitate omni est sanctitate praeditus, potest accedere: at quod in terris longe minori honore, & cultu afficitur, quam par est: nonnunquam etiam maledictis, & nefarijs moribus violatur, cupimus ac petimus, vt laudibus, honore, & gloria celebretur, hoc est, vt mente, ore, & factis, honor, & cultus ipsi tribuatur. Hinc apparet, qua ratione factis improbis nomen Dei contaminetur, & polluat ab ijs qui nefarie peccant: in quos dictum est, ab Apostolo: *Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes: & apud Ezechielem legimus: Ingressi sunt ad Gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceret eis: Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Qualis enim est vita; & eorum mores, qui laudibus, & profitentur, sic de religione ipsa deque eius auctiore multitudo imperita iudicare conueuit. Quare Christiani qui bene viuunt, magnam praebent alijs facultatem laudandi, & praedicandi nomen Dei: ac proinde dixit Christus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.* & Princeps Apostolorum: *conuersationem vestram inter Gentes habete bonam; vt ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum.**

Septimò queritur, Quidnam in secunda petitione postulemus: *Adueniat regnum tuum*. Respondeo, nos petere regnum caeleste, à quo coepit, & in quo terminatur omnis Euangelij annuntiatio. Nam & inde exorsus est omnes ad poenitentiam cohortari Ioannes; *Poenitentiam, agite, appropinquauit enim regnum caelorum.* Hinc etiam fecit initium suae praedicationis Dominus; nam teste Mattheo, *ex inde cepit Iesus praedicare, & dicere: Poenitentiam agite: appropinquauit enim regnum caelorum: & in sermone quem habuit in monte: Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum; alibi quoque dixit, & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ad hoc missus sum. Hoc etiam regnum postea annuntiare iussit Apostolos: & illi, qui se ire, ad sepeliendum Patrem suum velle dixerat, respondit: *Tu vade, annuntia regnum Dei: idem cum referrexisset à mortuis, per illos quadraginta dies, quibus se videndum Apostolus exhibuit, loquebatur de regno Dei. Hoc itidem regnum monuit, vt summo studio queramus: Querite, inquit, primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacent vobis.**

Ceterum, non satis est vehementer petere Dei regnum nisi ad petitionem nostram adhibeamus omnia tanquam instrumenta, ad quaerendum illud, & inueniendum necessaria. Nam & quinque fatuae virgines studiosè petierunt, dicentes, *Domine Domine aperi nobis: verumtamen quod sua illius petitionis praesidia non habebant, exclusae sunt. Est enim illa Domini sententia: Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum.*

Hoc vocabulo Regni multa significatur. Nam primum Regnum Dei dicitur id, quo in omni natura dominatur, ratione potestatis, quae Deus habet in omnem hominem, rerumque vniuersitatem, qua quidem potestate cuncta finxit è nihilo, & ea potest, si velit, suo nutu, & imperio labefactare, & in nihilum redigere, & ratione prouiden-

1. Pet. 2.2.
1. Pet. 3.3.
1. Tim. 1.4.
Matth. 25.
Luc. 22.
1. Tim. 3.
1. Pet. 2.
1. Tim. 4.
1. Tim. 2.
1. Tim. 2.
1. Tim. 2.

tia, qua cuncta regit, & administrat. Vnde Mar-
docheus dicebat; *Domine, Domine, Rex omnipotens, in
aditione enim tua cuncta sunt posita, & non est, qui positi tue
resistere voluntati, Dominus omnium es, nec est, qui resistat
Majestati tue. Item Regno Dei significatur regnum
Gratie, nimirum, præcipua illa ac singularis pro-
videntia ratio, qua Deus iustos & pios homines
tuetur, & curat, de qua dictum est illud; Dominus
regit me, & nihil mihi deerit; & illud, Dominus rex no-
ster, ipse salvabit nos: quod regnum, ex Apostoli sen-
tentiâ, est iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu
sancto. Regnat autem in nobis Christus Dominus
per virtutes internas, fidem, spem, & charitatem,
& hoc regnum dicitur esse Gratiæ. Est etiam Re-
gnum Gloriæ, de quo Christus ait; Venite benedicti
Patris mei, possidete paratum vobis regnum. Hoc idem
regnum apud Lucam latro petebat; Domine, me-
mento mei, dum veneris in Regnum tuum; & Dominus i-
pse de eodẽ regno loquens; Nisi quis renatus, inquit,
 fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest videre Regnum
Dei. Huius etiam regni meminit Apostolus; cum
ait, Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod est
idolorum servitus) non habet hereditatem in Regno Chri-
sti, & Dei; Petimus igitur à Deo, ut regnum Chri-
sti, quod est Ecclesia, propagetur, ut omnes sese
ad Christum adiungant Infideles, & Iudæi: &
Schismatici, & Hæretici ad Ecclesiam, à qua de-
sciverunt, revertantur. Petimus etiam, ut ad eos
qui se sceleribus obstrinxerunt, veniat regnum
Dei, quo illis peccatis abiectis, in pristinam Di-
vinæ gratiæ dignitatẽ restituantur. Denique pe-
timus, ut in Dei gratia persistamus, ut tandem in
caelo regnemus. Neque enim fieri potest, ut in vl-
lo regnet Dei gloria, nisi eiusdem gratia in illo
regnarit. Est enim gratia ex sententiâ Domini,
sponsa aquæ salientis in vitam æternam. Petimus,
ut veniat, ac triumphet Christus: ut vigent eius
leges toto orbe terrarum: ut eius decreta, insti-
tuta, & præcepta serventur: ut tales se præbeant
homines, ut in regis Dei conspectum veniant, &
paratum illis ex omni æternitate cælesti regnum
consequantur.*

Octavo queritur, Quid contineat tertia Peti-
tio: *Fiat voluntas tua?* Respondeo, nos petere, ut
ei omnes obediant tanquam supremo omnium
Principi ac Domino. Præcepta Dei, voluntas
eius appellantur, quia per ea, dum opere com-
plemus, Dei voluntas impletur in nobis: dum ea
servamus, Dei voluntati paremus. Item, quia per
ea Deus voluntatem suam testatur: declarat e-
nim quid velit, ut faciamus; quid item, ut fugia-
mus. Petimus igitur, ut omnes Divinis iussis ob-
temperent, ut ad Dei nutum, & voluntatem om-
nia faciant. Precamur etiam, ut Dei voluntatis
agnitionem totus orbis terrarum accipiat. Pro-
priè igitur hac petitione postulamus, ut univèrsi
debitam Deo obedientiam, & obsequium præ-
stent.

Nono queritur, Quid significetur illis verbis:
Sicut in celo, & in terra. Respondeo, illa verba posse
ad singulas tres petitiones referri hunc in modum:
Sanctificetur nomen tuum, sicut in celo, & in terra. *Adæ-
nitas regnum tuum sicut in celo, & in terra.* *Fiat voluntas
tua sicut in celo, & in terra.* Petimus igitur, ut cuncti
suum officium obeant, & exequantur, & maxi-
mè contentur, & studeant Deo in omnibus obe-

dire, quemadmodum beati illi spiritus, qui vna
cum Christo Domino vivunt in caelo, faciunt. B.
Cyprianus in hunc modum verba hæc interpret-
tatur, ut dicat, in celo, id est, in bonis, & pijs: in
terra, id est, in malis, & impijs. Rursus appella-
tione cæli, spiritus, Terræ nomine, caro intelli-
gitur.

Decimo queritur, Quid intelligatur illis ver-
bis quartæ petitionis, *Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.* Docuit S. Augustinus, in tribus primis
petitionibus nos æterna bona deprecari, in hac
quarta, & tribus sequentibus temporaria bona.
In illis tribus, quæ ad honorem, regnum, & obe-
dientiam Dei pertinent, in his; quæ ad nostrum
commodum spectant. Panis appellatione possunt
intelligi huius, quam in tertis agimus, vitæ sub-
sidia, siue ad cibum, & potum, siue ad vestitum, &
habitationem sint necessaria. Quamobrem au-
diendi non sunt, qui dicunt fas non esse Christia-
nis hominibus à Deo petere terrenæ huius vitæ
bona: nam exempla permulta tum veteris, tum
noui Testamenti huic aduersantur errori. Iacob
enim vouens sic orabat, *Si fuerit Dominus mecum, &
custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mi-
hi panem ad vescendum, & vestimentum ad inducendum,
reversusque fuero prosterne ad Domum Patris mei: erit mihi
Dominus in Deum.* Et Salomon precabatur Deum:
*Mendacitatem, & dititias ne dederit mihi, & tribue tan-
tum victui meo necessaria.* Quid quod Christus Do-
minus iubet illa petere, quæ ad corporis usum
pertinenti orare, inquit, *ut non fiat fuga vestra hyeme,
vel Sabbato;* Et Apostolus, *Obsecro vos, inquit, fratres
per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem
sancti Spiritus, ut adiuvetis me in orationibus pro me ad De-
um, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa.*

Porro Panis nomine, vilitate Scripturæ more,
intelliguntur omnia vitæ necessaria, siue panis
sit, siue caro, siue piscis, siue quodlibet aliud cibi
genus. Elifeus cum Regem Israël moneret, ut
præberet panem, id est, victum militibus Assyrijs,
data est magna ciborum copia: & Christus Do-
minus ingressus est in domum cuiusdam Princi-
pis Pharisæorum Sabbato manducare panem, id
est, ad cibum capiendum. Præterea, rectè panem
petimus, hoc est, non abundantem & exquisitam
ciborum, & vestium copiam, sed necessarium tan-
tum simplicem victum, & vestitum. Dicimus, *Panem
nostrum*, quoniam illum petimus ad necessita-
tem nostram, nõ ad luxuriam, non ad lasciviam.
Item, quoniam illum panem petimus, qui iure
est à nobis acquirendus, nõ iniuria, fraude, furto,
aut malis artibus comparandus. *Quotidianum*, Quia
etiam voce frugalitas, & parsimonia significa-
tur: non enim multiplicem, aut delicatum ci-
bum postulamus, sed eum, qui naturæ necessitati
satisfaciat, qui que facile parari queat. In quo
condemnatur inexplibilis multorum hominum
cupiditas. *Quotidianum* item panem appella-
mus, quia veicimur eo ad reficiendum vitalem
humorem, qui quotidie vi naturalis caloris absu-
mitur. Præterea quotidianus panis dicitur, quia
est à nobis assidue petendus. *Da nobis*, Da, hoc est,
liberaliter tanquam pater: da gratis, non redde
ex iustitia debitum. Numero multitudinis dici-
mus, nobis, nõ aut mihi, quia illud est Christianæ
charitatis proprium, non ut quisque sit de se vno sol-

Genes. 28.
Prover. 30.
Matth. 24.
Rom. 15.
4. Reg. 6.
Luc. 14.
licitus,

licitus, sed vt præterea proximo laboret, & in cura suæ utilitatis, aliorum quoque meminerit; & vt intelligat etiam quifque quæ munera ex larga Dei manu suscipiat, nõ idcirco recipere, vt solus is ea possideat, vel vt ex illis luxuriosè viuat, sed vt cum alijs cõmunicet, & quæ necessitati super fuerint, in aliorum vsus impendat. Nam vt aiunt Sancti Basilius, & Ambrosius; Esurientium panis est quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu in arca recludis: miserorum redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terram defodis. Hodie, admonemur hac voce communis infirmitatis: Quis enim in longinquum tempus necessarios vitæ sumptus speret? Petimus etiam panem spiritualem: quo significantur omnia, quæ in hac vita ad spiritum, & animæ salutem, & incolumitatem requiruntur. Quemadmodum enim multiplex est cibus, quo corpora nostra aluntur, & sustentantur: sic varij est generis esca, quæ spiritus, & animæ vitam auget, fouet, & tuetur. Nam verbũ Dei panis est, & cibus animæ. ait enim Sapientia: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Et alibi apud Prophetam dicitur: Emitam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Porro, vt est certum mortis signum, cum non possunt homines, vel cibum sumere, vel sumptum retinere: sic magnum est desperatæ salutis argumentum, cum vel non quærent verbum Dei, vel si adfit, nõ sustinent, iuxta illorum impietatem, qui dicunt: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Panis itidem est Christus Dominus; de se enim ait: Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Præcipue autem panis noster est ipse Christus Dominus, qui in Sacramento Eucharistiæ re ipsa continetur atque suscipitur. Vnde ipse dixit: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: Item, Accipite, & manducate, hoc est corpus meum. Dicitur verò hic panis, noster, quia fidelium est hominum, id est, eorum; qui charitatem cum fide coniungentes, poenitentia Sacramento sordes eluunt peccatorum. Quotidianus autem dicitur duplici ratione; vna, quod in lacris Christianæ Ecclesiæ mysterijs quotidie consecratur, offertur, & datur piæ, & sanctæ petentibus; Altera, quod quotidie sumendus est, vel certè ita viuendum, vt quotidie dignè sumere possimus. Vnde B. Ambrosius, Si quotidianus, inquit, est panis, cur post annum illum sumis? Contra faciunt ij, qui tam salutaribus epulis sentiunt velsi non oportere, nisi longo temporum intervallo.

Vndecimò quæritur, quidnam contineat quinta Petitiõ? Et dimitte nobis debita nostra: Respondeo, hætenus à Deo non solum æterna, & spiritualia bona, sed caduca etiam & fluxa, & quæ ad hanc vitam spectant, commoda petiuimus: nunc verò mala deprecamur, & animæ, & corporis, & huius, & sempiternæ vitæ. Nunc igitur cordis dolore peccata nostra recognoscentes, ad Deum tanquam ad parentem, non quasi ad iudicem confugimus: à quo non vt ex iustitia nobiscum agat, sed ex misericordia postulamus. Singuli autem verè dicimus: Dimitte nobis debita nostra: Est enim illud Davidis verbum: Omnes declinauerunt, simul iniuites facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ: & illud Salomonis, Non est homo iustus in

Ambro. ex
Basil. ser. 81

AB

Proverb. 9.

Amos 8.

Iob. 21.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Matth. 26

Psal. 13.

Can. 7.

terra, qui faciat bonũ, & non peccet, & illud simul Sancti Iob; Quis potest dicere, Mundum est cor meum; parum sum à peccato? Et illud Ioannis, si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quapropter Concilium Mileuitanum definiuit: Placuit, vt quicumque dixerit verba ista Dominica orationis, vbi dicimus: Dimitte nobis debita nostra, ita à Sanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur; anathema sit. Debita verò hoc loco intelliguntur ipsa peccata, quæ commisimus; precamur enim Deũ, vt liberet nos à peccatis. Lucas enim pro debitis peccata posuit: nimirum is qui peccat, reus efficitur, & sese poenitis debitis subiicit, quas vel satisfaciendo, vel sustinendo, & patientia pendit. Dicimus autem debita nostra, non eadem ratione, qua dicimus, panem nostrum, noster enim panis est, quia nobis Dei munere tribuitur: at peccata nostra sunt, quia illorum culpa in nobis residet, & quoniam voluntate nostra peccata suscipimus, atque cõrahimus; & proinde ad expiandum peccatorum sordes, culpas ipsas confitemur, & Dei clementiam imploramus: nec causam in aliu transferimus. Nec dicimus, Dimitte mihi, sed nobis: fraternam enim necessitudo, & charitas postulat à singulis, vt de communi proximorum salute, cum pro nobis preces fundimus, pro illis etiam deprecemur. Addimus verò, Sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris, vbi particula sicut, dupliciter intelligi potest: vno modo, vt similitudinis vim habeat, & sic petimus à Deo, vt quem admodum nos iniurias, & contumelias nobis illatas remittimus his, à quibus læsi sumus, sic ipse nobis peccata condonet. Altero modo, vt fit conditionis nota: in quam sententiã Christus Dominus videtur hæc verba interpretatus, cum dixit paulò post: si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus; nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Quare vrgetur hac precandi formula, qui parati, & prompti non sunt ad ignoscendum. Et apud Lucam iubet Christus, si peccauerit in te frater tuus, increpa illum; & si poenitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Poenitet me, dimitte illi; apud Matthæum quoque: Diligite, inquit, inimicos vestros. Et Salomon scripsit: si esurieris inimicus tuus, ciba illi si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Et apud Marcum: cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester, qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra.

Iob. 20.
1. Ioan. 7.

Matth. 6.

Luc. 17.

Matth. 6.

Pro. 25. &

Rom. 12.
Marc. 11.

tur. ac.

Rom. vlt.

Psal. 17.
1. Reg. 2.
Psal. 143.

2. Cor. 12.

tursac propterea iure petimus: Et ne nos inducat in
tentationem. Præter intimas pugnas, accedunt eti-
am externi impetus, & insultus Dæmonum, qui
nos quotidie premunt, & vexant, & aliquando gre-
gatim in nos singulos impetum faciunt, quod il-
le cōfessus est dæmon, qui rogatus à Christo, quod
sibi nomen esset? Respondit, legio mihi nomē est,
nempe Dæmonum multitudo miserum illum homi-
nem diuexabat: Et de alio scriptum est: Assumit
septem alios spiritus secum nequiores se, & intrat in
ibi. Est autem tentare, periculum facere de eo, qui
tentatur, vt ab ipso, quod cupimus, elicientes, ve-
rum exprimamus: qui tentandi modus in Deum
non cadit, qui nihil ignorat. Omnia enim nuda,
& aperta sunt oculis eius. Est alterum tentandi
genus, cum longius progrediendo, aliud quæri
solet in bonam, vel in malam partem: in bonum,
cum ea re tentatur alicuius virtus, vt illa perspe-
ctā, & cognita, ijs cōmodis, & honoribus augeat-
ur, eiusque exemplum cæteris imitandum propo-
natur: quæ tentandi ratio sola conuenit in Deum,
de quo illud in Deuteronomio: Tentauit uos Dominus
Dei uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non. Sic
nos Deus tentare dicitur, cum inopia, morbo, &
alijs calamitatū generibus premit: quod proban-
dæ nostræ patientiæ causa facit, & vt alij Chri-
stiani officij exemplo, & documento simus: Hoc
modo tentatus est Abraham, & ita dictum est, de
Tobia: quia acceptus eras Deo, nec esse iuis, vt tentatio pro-
baret te. In malam partem tentatur is, qui ad pec-
catum, & exitium impellitur: quod est Dæmonis:
is enim eo animo tentat homines, vt decipiat a-
gatque præcipites: quapropter Tentator in diui-
nis literis appellatur. Dicitur autem induci in
tentationem, cum tentationibus succumbimus.
Inducimur uero in tentationem dupliciter; pri-
mo, cum de statu dimoti in id ruimus malum, in
quod tentando nos aliquis impulerit: & hoc mo-
do nemo à Deo in tērationem inducitur, quia ne-
mini auctor est peccati Deus. Vnde Iacobus Apo-
stolus: Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur.
Deus enim inuentor malorum est. Deinde dicitur, uos
in tentationem inducere is, qui etiam per seipsum
non tentet, neque operam det, quo tentemur: ten-
tare tamen dicitur, quia cum posset prohibere, ne
tentationes eueniant, vt ne his superemur, nō im-
pedir: & hoc quidem modo Deus bonos, & pios
tentari quidem sinit, uerum tamen sua gratia sus-
tentatos non deserit. Interdum tamen iusto Dei
iudicio, nostris id sceleribus postulatibus, nobis
ipsi relicti concidimus. Præterea in tentationem
inducimur, cum Dei beneficijs, quæ nobis ad salu-
tem dedit, ad perniciem, & interitum abutimur.
Nec uero petimus ne omnino tentemur. Est enim
hominum, uita multis tentationibus obiecta. Et
est tentatio, res uilis, & fructuosa hominum ge-
neri: nam in tentationibus uires nostras cogno-
scim⁹, probamur, humiliamur, vt sic uiriliter de-
certantes, corona gloriæ donemur. Nam qui certat
in agone, nisi legitime certauerit, non coronatur; & Beatus
uir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit,
accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus
se. Petimus igitur ne diuino præsidio deserti, ten-
tationibus, uel decepti assentiamur, uel cedamus
afflicti: ut adfit nobis Dei gratia, quæ, cum defecer-
int nos propriæ uires, in malis recreet, reficiat,

ac muniat. Ac propterea in omnibus tentationi-
bus ad Deum inuocandum cōfugere nos oportet,
vt Satanam sub pedibus nostris conterat. In-
uocare autem diuinum auxilium debemus, intel-
ligentes quanta sit hominum infirmitas: cogno-
scentes item uires, quibus Dæmones prosternū-
tur, & tentationes superantur, dari à Deo, qui po-
nit, vt arcum æreum brachia nostra, & cuius be-
neficio arcus fortium superatus est, & infirmi ac-
cincti sunt robore. Qui docet manus meas ad prælium,
& digitos meos ad bellum; ait sanctus ille Rex, &
Propheta. Cui uni pro uictoria sunt agenda, &
habenda gratia: quo & auctore, & adiutore vin-
cere possumus. Vnde Apostolus: Deo autem gra-
tias, qui dedit nobis uictoriam per Dominum nostrum Ie-
sum Christum. In his igitur tentationum uictorijs
nemo sibi placeat, nemo se efferat insolentius, vt
se suis uiribus hostiles Dæmonum tentationes,
impetusque sustinere posse confidat. Non est hoc
naturæ nostræ, non imbecillitatis humanæ.

Decimoterio queritur, Quid uelima peticio-
ne postulemus: Sed libera nos à malo? Respondeo:
proxima petitione petebamus à Deo uitationem
culpæ; hac pœnæ liberationem postulamus. In-
numeris incommodis, & calamitatibus diuexa-
mur, plurimis repleti miserijs, & molestijs affli-
gimur, quare Dei auxilium imploremus. Et uo-
luit Christus, ut priusquā precaremur Deum, ut
nos liberaret à malis, peteremus, ut nomen Dei
sanctificaretur; Adueniret regnum eius; Fieret
uoluntas eius; & reliqua quibus quasi gradibus
quibusdam ad hanc petitionē peruenitur. Cōti-
a quidam faciunt, qui cum mali aliquid patiantur,
aut periculum incurrant, calamitatem uel timeant,
omissis medijs Dominicæ precreationis gradibus,
tantum petunt, ut ex illis eripiantur malis. Alij
itidem præcipuam spem liberationis ponunt in
remedijs naturæ, uel hominū industria cōpara-
tis: uide à quouis medicamenta querunt, & sibi
data adhibent etiā sine ulla religione. Sed piotū
est, in morbis, rebusque, omnibus aduersis Deum
summū perfugium, & præsidium salutis habere, illū
honorum omnium satorē, auctorem, & largitorē
agnoscere. Nec petimus, ut à malis omnibus li-
beremur: sunt enim quædā, quæ passim aduersa,
& mala putantur, sunt tamen illis fructuosa, qui
patiuntur. Nam Dei gratia adiuuante uirtus in
infirmis perficitur. Ea igitur tantum mala de-
precamur, quæ nullam animæ utilitatem ferre
queunt. Sic petimus, ut tuti simus ab aqua, ab ige-
ne, à fulgure, & tempestate; ne grando noceat
frugibus, ne annonæ charitate, fame, peste, sedi-
tionib⁹, bello laboremus. Petimus à Deo, ut mor-
bos, pestem, uastitatem arceat, uincula, carceres,
exilia, prodiciones, infidias, captiuitates, cætera-
que omnia incommoda prohibeat, quibus ma-
ximè terret, & afflicti hominum uita solet. Pe-
timus, ne morte subita, & inopinata opprima-
mur. Nos autem etsi non omnibus malis liberat
Deus, dum in hac peregrinatione uersamur, eri-
pit tamen à multis: & in cæteris ea nobis sola-
tia præbet, quæ instar liberationis malo-
rum omnium esse possunt in re-
bus aduersis.

FINIS LIBRI NONI.

IOANNES